This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

NONIVS MARCELLVS

EDIDIT

W. M. LINDSAY

FASC. II

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Naturstudien im Hause.

Plaudereien in der Dämmerstunde.

Ein … Zeich-
nung … In

größere … gabte,
den na … 01.)

… ng.

Ein … Zeich-
nung … inal-

führun … Aus-
Berich … in der
hat, d … egeben
der S … seitens
brauch … irklich
… 15.)

… ld.

Spaziergangs-Plaudereien.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeichnungen von O. Schwindrazheim. 1901. In geschmackvollem Original-Leinwandband ℳ 3.60.

Die Naturstudien in Wald und Feld reihen sich den früheren Bänden ebenbürtig an und besitzen gleichfalls einen selbständigen Charakter. Es wird keine beschreibende Naturgeschichte getrieben, sondern wir werden vielmehr in den Geist der Natur, in die Gesetze des Werdens und Vergehens und in die kulturelle Bedeutung einzelner Lebewesen und ganzer Gemeinschaften eingeführt, wobei auch nicht unterlassen wird, hin und wieder auf die ästhetische Seite der Naturfreude hinzuweisen. … Die geschickte Verwendung der dialogischen Lehrform zerlegt die Betrachtungen in kleinere Abschnitte und bietet Gelegenheit, falsche Auffassungen und Einwände, die … Altersstufe mit geringerem oder größerem Verständnis, … Erörterungen aus dem Wege zu räumen, während die Er- … ssen des Vaters das Gespräch belebt. … Das vorrätig- … nden vom 13. Jahre an reiche Anregung und Interessante.

(Pädagogische Reform, 15. Dezember 1901.)

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Streifzüge durch Wald und Flur.

Eine Anleitung zur Beobachtung der heimischen Natur in Monatsbildern. Für Haus und Schule bearbeitet von Oberlehrer Bernhard Landsberg. Dritte Auflage. Mit 84 Illustrationen nach Originalzeichnungen von Franz H. Landsberg. 1902. In Original-Leinwandband ℳ 5.—

Jeder Zeile des Buches merkt man es an, daß der Verfasser selbst ist von einer glühenden Liebe zur Natur und daß er sich selbst von neuem Hingabe der Beobachtung des pflanzlichen und tierischen Lebens widmet. Auf ein Kunststück in der Naturbeschreibung, wenn er im Sinne der „Streifzüge" von einem Ort seiner Aufgabe theoretischen Lehrer erzählt wird, ganz außerordentlich freudbringend sein muß, darf wohl als allgemeinmenschlich bezeichnet werden. (Pädagogisches Archiv 1902, Heft 9.)

Die Art der Darstellung ist sehr gut und anregend im höchsten Grade. Ich wünsche ein Exemplar und verspreche mir, das mit Freuden der Natur für sich und ihre Naturwissenschaften Kenner und Liebende empfehlen. (Schweizer Lehrerzeitung.)

Heimatklänge aus deutschen Gauen.

Für Jung und Alt ausgewählt von Oscar Bilhehardt.
Mit Buchschmuck von Robert Engels.

I. Aus Mark und Lande. Niederdeutsche Gedichte und Erzählungen.
II. Aus Schwarzwald und Wallgrund. Mitteldeutsche Gedichte u. Erzählungen.
III. Aus Hochland und Schwarzgebirg. Oberdeutsche Gedichte und Erzählungen.

In künstlerischem Umschlag geheftet je 2 Mk., gebunden 2 Mk. 60 Pfg.

. . . Ich ist die reiche Gedichtsammlung, die hier aus dem Schatz der Volkspoesie, die aus dem Munde des Volkes, durch die Generation vererbten Schwanks, Verwechselungen, die Glückes und Wollens, die Wehmut des Scheidens und unbeschwerten Glücks, aus den reichen Gedichtsammlungen, die Kinder, die Jugend, die Jahreszeiten und Feste, die Liebe und Ehe, die Sehnsucht nach Heimat, die Wanderlust, die Freude an Tanz und Musik, die Freude an Gesang, die Freude an Spiel und Scherz, die Freude an Kampf und Sieg, die Freude an Gott und Vaterland, die Freude an Natur und Leben, die Freude an Liebe und Ehe, die Freude an Kinder und Eltern, die Freude an Freunden und Feinden, die Freude an Gesang und Musik, die Freude an Tanz und Spiel

Verlag von B. G. Teubner in Leip

Zum Aufsatz-Unterricht

Man verlange das Verzeichn

der in nachstehend
aufgeführten und anderen Büchern

behandelten Themen:

Bindel, Dispositionen zu deutschen Aufsätzen für die Tertia höherer Lehranstalten. Zwei Bändchen. geh. ℳ 4.—, geb. ℳ 5.—

Cholevius, Dispositionen und Materialien zu deutschen Aufsätzen. Vier Hefte. 11., bezw. 9. Auflage. geh. je ℳ 1.—, geb. je ℳ 1.50.

—— praktische Anleitung zur Abfassung deutscher Aufsätze. 6. Auflage. geh. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.90.

Gelbe, Stilarbeiten. geh. ℳ 2.40.

Gossel, praktische Aufsatzschule. geh. ℳ 3.—, geb. ℳ 3.60.

Hense, deutsche Aufsätze für die oberen Klassen höherer Mädchenschulen. 2. Aufl. geh. ℳ 3.20, geb. ℳ 3.60. In 3 Abteilungen: geh. ℳ 1.—, 1.60, 1.—

Hoffmann, 60 Themata zu deutschen Aufsätzen. geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.40.

Kappes, Leitfaden für den U richt in der deutschen St 5. Aufl. kart. ℳ —.80.

Krumbach, deutsche Aufsätze. Bändchen. geh. je ℳ geb. je ℳ 2.—

Kutzner-Lyon, praktische Anle zur Vermeidung der sächlichsten Fehler in A und Ausführung deutscher sätze. 3. Aufl. kart. ℳ

Mosengel, deutsche Aufsätz Anschluß an den deutschen stoff. geh. ℳ 1.40.

—— Neue Folge ℳ 1.80.

Naumann, theoretisch-pra Anleitung zur Abfassung de Aufsätze. 7. Aufl. geh. ℳ In 3 Abteilungen: ℳ 1.50, 2.—

Ullrich, deutsche Musterau 2. Aufl. geb. ℳ 2.80.

Weise, Prof. Dr. O., Musi spiele zur deutschen Sti geh. ℳ —.30.

Prospekte unentgeltlich und postfrei von der Verlagsbuchhan B. G. Teubner in Leipzig.

Nonius Marcellus

NONII MARCELLI

DE CONPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN II

L. IV CONTINENS

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
DEPARTMENT OF GREEK

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII

878.9
N82cL
v.2
c.3

SIGLA CODICVM

QVI IN HOC VOLVMINE ADHIBENTVR.

(cf. ad 406, 12.)

A^A	fons codicum Gen. (unde H Cant. P) B.
B	codex Bernensis 83, saec. X^i.
B^A	fons codicis G et correctionum H^2L^3Gen.^{2}Cant.^{2} P^2E^2.
Bern. 347, 357	codices Noniani Bernenses 347 et 357, saec. X^i., olim cum Paris. 7665 coniuncti.
Cant.	codex Cantabrigiensis (Bibliothecae Universitatis MM. V, 22), saec. IX^i. ex.
D^A	fons codicum Bern. 347 et 357, Montepess., Oxon.
E	codex Escorialensis M. III 14, saec. X^i.
G	codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. X^i.
Gen.	codex Genevensis 84, saec. IX^i.
H	codex Harleianus (Mus. Britann. 2719), saec. IX^i.—X^i.
L	codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. IX^i.
Montepess.	codex Montepessulanus (212), saec. IX^i.—X^i.
Oxon.	codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. X^i.
P	codex Parisinus (lat. 7667), saec. X^i.
Σ	codices recentiores vel aliquot vel plerique.

IV.

INCIPIT

DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONVM

PER LITTERAS.

PER A LITTERAM.

ADVORSVM contra significat. Terentius Adelphis (27):
neque sérvulorum quísquam, qui advorsum íerant.

Plautus in Asinaria (295):
quaé illa praeda est? íbo advorsum atque électabo quídquid est.

|| Advorsum rursum apud significat. Titinius Gemina (55):
múlier, credo, advórsum illum res súas conqueritur . . .

Terentius in Andria (42):
et id grátum fuisse advórsum te habeo grátiam.

Ennius Telepho (293):
te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
advórsum illam mihi.

Afranius Excepto (147):
de víta ac morte dómini fabulábere
advórsum fratrem illíus ac dominúm tuum.

9—14 ierant; 15—17 Pl.—sign.; 19—20 Ter.—gratiam; 24—26 Afr.—illius.

---

11 PER LITTERAS *om.* LB^A (= *G*) || **12** ID EST PER $D^A H^3$ *ut vid.*: INCIPIT PER *Mu.* || **13** in Ad. B^A || **15.** [illegible] *del. Mu.* || **16** illaec *Pl.* || **23** advorsus *Mu.* || **26** suum (sua) *corr. Both.*

Plautus in Aulularia (690):

egone út te advorsum méntiar, matér mea?

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (73):
30 'nec vero pietas advorsum deos nec quanta îs gratia debeatur sine explicatione naturae intellegi potest'.

ANIMA est secundum consuetudinem spiritus quo vivimus. Vergilius Georg. lib. IV (238):

1 animasque in || vulnere ponunt.

|| Anima rursum alitus oris et odor. Vergilius Georg. lib. II (134):

animas et olentia Medi
ora fovent illo et senibus medicantur anhelis.

5 Titinius Fullonibus (20):

intérea faetida ánima nasum obpúgnat . . . .

Plautus Asinaria (894):

an fetet anima tuae uxori?

idem Mercatore (574):

10 ieiúnitatis plénus, anima fétida.

Caecilius (160):

quaé mihi,
ubí domum adveni, adsédi, extemplo sávium
dat iéiuna anima.

32—33 An.—viv.; 2—4 An.—fovent; 5—8 Tit.—tu. ux.

---

27 in *del. Mu.* || 28 ut ea a. || 29 Advorsum, erga (*nov. lemm.*) *add. Quich.* || 30 nec *Cic.*: haec || nec quanta his *codd. Cic.*: nequa isti || 31 explicatione *Cic.*: expiatione (explatione L^1 *ut vid.*): explanatione *edd.* || 1 -re A^A: -ra B^A: -rea L || 2 georg. (*praec.* uerg.) *om.* $A^A D^A$ || 6 i. n. o. a. f. *Both.* || 7 in As. B^A || 8 animae A^A || uxoris tuae *codd. Pl.* || 10 animam fetidat (foet.) || 12 savium *Gell. II, 23*: avium.

|| Anima aquae. Plautus Amphitryone (673): 15

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.

|| Anima, sonus. Varro Eumenidibus (131):

Phrygiós peróssa córnús liquidá canít animá.

|| Anima, iterum significat iracundiam vel furorem; unde et animosi dicuntur iracundi. Plautus Amphitryone 20 (fr. XVIII):

animam cónprime.

Accius Melanippo (427):

égone auxilio motus † temere ut hósti me animato ófferam?

idem Epinausimache (308):

ut núnc. cum animatus íero, satis armátu' sum. 25

Novius Fullonibus Fereatis (32):

nihil ést pericli. dábo tibi [virum] validúm virum, animósum.

M. Tullius de Republica lib. I (60): 'ergo non probares, si consilio pulso lubídines, quae sunt innumerabiles, 30 iracundiaeque tenerent omnia'. — 'ego vero nihil isto animo, nihil ita animato homine miserius ducerem'. — idem de Republica lib. V (9): 'tum virtute, labore, industria tueretur summi viri indolem, nisi nimis animose

---

15—21 An.—co.; 22 Acc. Me.; 25 ut—sum.

---

15 aqua *Quich.* || **15—16** *cf. 148.7; 410.14* || **16** si hoc cepsio (sic hoo cepsto L^1) *codd. h. l.* || **17—18** *cf. 334.16* (*s. v.* liquidum) || **19** Anima D^A: *om.* $L\,A^A\,B^A$ || iracundum: *corr.* D^A *Gen. mg.* || furorem $A^A\,D^A$ (-rum L^1): furiosum B^A || **23** nudus *Lips.* || *fort.* eg. aux.? mutus tem. *etc.* || honesti A^A || **25** ut nunc sum a. si i. *Madv. Adv. II, 660* || **27** verum val. verum: *corr. Ribb.*: val. virum, | virum *Both.* || **30** si *cod. Cic.*: *om.* || **31** iracundiaeve *cod. Cic.*: -quae || terrent A^A || **32** animatio L^1 || **34** tueretur *Me.*: quaereretur: *fort.* quaerere daretur || animo *et Mu.*

ferox natura illum nescio quo'. Vergilius Georg. lib. II (441):

35 quos animosi Euri adsidue franguntque feruntque.

et Aeneidos lib. XI (366):

pone animos et pulsus abi.

Lucilius lib. XXX (60):

atque animosam

40 Thessalam et indomitam frenis subigantque domentque.

|| Anima, ventus. Vergilius lib. VIII (403): ||

1 quantum ignes animaeque valent.

Lucretius lib. V (236):

aurarumque leves animae calidique vapores.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (292): 'noctilucam

5 tollo, ad focum fero, inflo anima; reviviscit'. — idem Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου (224):

detís habenas animaé leni,
dum nós ventus flamíne sudo
suavem ád patriam perdúcit.

Accius Myrmidonibus (10):

10 trahere ín salum
classís et vela véntorum animae inmíttere.

Plautus Aulularia (303, 305):

. nequid animae emittat dormiens.

34—35 Virg.—fer.; 41—3 An.—vapores.

---

34 n. quo impelleret *Guietus* || **35** quas *Verg.* || euria A^A (*seq.* a): euriria *ut vid.* L^1 || **38—40** *cf. 401. 5* (*s. v.* subigere) || **40** thessaliam (tess-) *codd. h. l.* || indolitam $A^A L^1$ || subigam ante domemque *codd. 401* || **41** VIIII D^A || **5** ad f. foro *L* || *vel* inflo; an. rev. || **6** d. h. animas (*ex* amas) veni *L* || **7** studo A^A || **8** sualem: *corr. Ald.* || perducat *Scal.* || **10—11** lassis (*corr. Iun.*) tra. i. s.: *corr. Grotius* || *fort.* clás. tr. in sálum et v. vént. a. inmít. || **13** nequid animae (-ai) forte amittat d. *Pl.*

APTAM, necessariam. M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'ea denique obiectu mutuo aeque umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem'. || Aptum, eleganter ac necessarie conpositum. M. Tullius de Officiis lib. I (98): 'ut enim pulcritudo corporis apta conpositione membrorum movet oculos et delectat'. — idemque (146): 'sed facile iudicabimus, quid eorum † aliter ab officio naturaque discrepet'. — M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (63): 'itaque natura sumus apti ad coetus, concilia, civitatis'. || Aptus significat adeptus. Accius Melanippo (436):

óbviam ensi it. quem ádvorsum aptus álter in promtu óccupat.

Pacuvius Hermiona (168):

quód ego in acie célebro obiectans vítam bellando áptu' sum.

Lucilius lib. XXIX (14):

ut si íd quod concupísset non aptús . .

|| Aptum conpositum, paratum. Vergilius Aeneidos lib. III (472):

interea classem velis aptare iubebat Anchises.

idem lib. X (587):

proiecto dum pede laevo aptat se pugnae.

17—20 Apt. el.—del.; 29—31 Apt.—Anchises.

---

15 eademque *L ante corr.* || obiectum vivo atque: *corr. Mu.* || **16** adnumeret L^1 || d. aptum (abt-) ad: *corr. Turneb.* || **19—20** (s. f. iud.) *cf. 258. 30* || *fort.* idem qui supra; fac. iud. || **20** e. apte fiat quid ab *Cic.* || **23** consilia || **24** obvia mens idque: *corr. Mu. post Grotium, Quich., Both.* || **26** *vel* quot || crebro *Passerat* **28** a. foret *I. Dousa.*

35 Pomponius (54):

heús! aptate, púeri, munde atque ámpliter convíviu

|| Aptum rursum conexum et conligatum significat.

Vergilius Georg. lib. III (168):

ipsis e torquibus aptos

40 iunge pares. ||

1 Accius † Demer (660):

hinc colomen ala † géminis aptum córnibus.

Lucilius Satyrarum lib. X (3):

tonsillas quoque praevalidis in funibus aptas.

5 idem lib. XVI (12):

ibat forte aries, inquit. iam quod genu'! quantis
testibu'! vix uno filo hosce haerere putares.
pellicula extrema exaptum pendere onus ingens.

Varro Mutuum Muli Scabunt, περὶ ψωρισμοῦ (322):

10 úbi lúcus opácús tenerís frúticibus áptús.

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (97): 'quis enim hunc hominem dixerit qui, *cum* tam certos caeli motus, tam statos astrorum ordines, tamque inter se omnia conexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem?' — Sallustius Historiarum lib. III (25): 'quod ubi frustra

15 temptatumst, socordius ire miles obcipere, non aptis armis.

---

37 Apt.—sign.; 11—14 M.—rationem.

35—36 *cf. 511. 21* (*s. v.* ampliter) || **36** eius a. puer *codd. h. l.* || convivia *L B*^{A} || **1** *fort.* Medea (*vid.* '*Non. Marc.*' *p. 97*) || **2** (colomem *Gen. ante corr.*) || ala *A*^{A} (*cum E*): ale (*seq.* ge) *B*^{A} *L*: alte *Ribb.* || **4** consellas: *corr. Iun.* || validis: *corr. vet. lib. Dousae, Turnebus* || ni *Ribb.* || **7** hoc se: *corr. Gerlach.* || **8** pericula *A*^{A} || **10** aptum *A*^{A} || **11** III *L* || **12** cum *Cic.*: *om.* (*seq.* tam) || **13** status . . . ordine (statutum . . . ordinem *D*^{A}) || **13—14** o. quaenexa *L* || **14** in *D*^{A}: *om. rell.* || **15** socerdius | obcepere.

ut in principio, laxiore agmine'. — Lucilius lib. XXX (40):

unus consternit nobis vetu' restibus aptus.

M. Tullius in Hortensio (52): 'altera est nexa cum superiore et inde apta atque pendens'. — et Tusculanarum lib. V (62): 'fulgentem gladium e lacunari seta equi aptum demitti iussit'.

AEQVALES sunt similes et ex aequo. Afranius Vopisco (366):

équidem te numquám mihi
parasítum, verum amícum, aequalem atque hóspitem
cotídianum et laútum convivám domi.

|| Aequales rursum aequaevi. Vergilius Aeneidos lib. X (702):

nec non Euanthen Phrugium Paridisque Mimanta
aequalem.

Lucilius Satyrarum lib. V (43):

† veterum unum cecidisset a me senem Tiresiam †
aequalem constat.

Afranius Privigno (256):

novi amícum atque aequalém meum.

Vergilius lib. V (468):

ast illum fidi aequales.

---

21 Aeq.—aeq.; 25 Aeq. r. aequaevi.

---

16 et lax. *Iun.* || 17 clinas . . aptas *Mu.* || novis: *corr. Turnebus* || pestibus *L* || *fort.* consterni || 19 apta atque *Halm.*: aptaeque (-teque) || 20 e] me *L A^A* || equina *codd. Cic.* || dim. || 21—24 *cf. 337. 24* (*s. v.* lautum) || 22 et quidem *codd. h. l.* || 23 rerum *B^A* || 24 conuium *A^A*: conuiuium *L B^A* || 26 paradisque *A^A L* || minanta *L B^A* || 29 cecidisse tamen *B^A* || uerum unum cecinisse tamen seni' Tiresiai *Mu. post Francken.*: veterum cecidisse senem tamen unum T. *Scal.* || 32 eum *A^A* || 34 fidir quales (*corr. Gen.*[2]) *A^A*: fidere quales *L B^A*.

35 Terentius in Eunucho (337):

patrís cognatum atque aéqualem [te] Arcidémiden
nostín?

1 M. Tullius de Officiis lib. III (1): 'P. || Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus sit, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere eius aequalis'. — et de Senectute (46): 'ego vero propter sermonis de-
5 lectationem temperius quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate'.

APERTVM, purum, serenum. Vergilius Aeneidos lib. I (587):

scindit se nubes et in aethera purgat apertum.

|| Apertum dicitur patefactum. Vergilius lib. VIII (585):
10 iamque adeo exierat portis equitatus apertis.

Terentius Adelphis (167):

ábi prae strenue ác fores aperi.

|| Aperit, mitigat, placat. Vergilius Aeneidos lib. I (146):

et vastas aperit syrtis et temperat aequor.

15 || Apertum, nudatum. Turpilius Demiurgo (47):

apértae surae, bráchia autem prócera horrorém mihi
ex córde exsuscitábant.

Sallustius Historiae lib. V (20): 'quibus de causis Syllam in victoria dictatorem uni sibi equo descendere,

---

36—37 Ter. patr.—n.; 4—8 M. T. de sen.—purgat ap.; 15—17 Ap.—exsuscitabant.

---

36 marcidemiden || te *om. Ter.* || **1—2** (sit) *cf. 238. 23* || **2** fili qui $L^1 A^A$: filium qui B^A *et codd. 238* || primo *codd. h. l.* **3** eius fere *codd. Cic.* || **5** temperius $L A^A D^A$: tempestivis B^A necum $L A^A$ || **5** (nec)—**6** (aetate) *cf. 378. 29* || **6** secum L^1 **9** VIIII || **13—14** *cf. 246. 32* || **16** aperie L^1 || br. alte *Mu.* *19 uictaria* || *dictatore* sibi muniaequo A^A || desc. equo *codd. Arusiani Gr. lat. VII, 454.*

surgere de sella, caput aperire solitum'. — M. Tullius de Officiis lib. I (129): 'verentur enim ne, siquo casu evenerit ut corporis partes quaedam aperiantur, aspiciantur non decore'. — Vergilius lib. VI (406):

aperit ramum qui veste latebat.

Varro Eumenidibus (161): 'capite aperto esse iubet, ante lucem suscitat'. — Sisenna Historiarum lib. III (15): 'adoriuntur adversos ut apertis lateribus'. — Varro de Vita Pop. Rom. lib. I: 'minoris natu capite aperto erant, capillo pexo, utique innexis crinibus'. || Aperire, erigere, ostendere. Vergilius Aeneidos lib. III (205):

quarto terra die primum se adtollere tandem
visa, aperire procul montis.

idem Aeneidos lib. VIII (681):

patriumque aperitur vertice sidus.

Varro Meleagris (301): 'non modo suris apertis, sed paene || natibus apertis ambulans'.

AVTVMARE est dicere. Pacuvius Periboea (308):

fléxa, non falsa aútumare díctio Delphís solet.

idem Hermiona (169):

quíd benefacta meí patris, cuius ópera te esse ultum aútumant?

Lucilius lib. XXVIII (46):

Sócratium quiddám tyranno mísisse Aristippum aútumant.

22—23 Virg.—lat.; 28—30 Ap.—mont.; 33—3 V.—solet.

---

20 (surg.—sol.) *cf. 397. 15* || s. de sylla LA^A: adsurgere sella *Arusian.* || 21 nisi quod || causu A^A || 22 decoreae || 24 *cf. 452. 8* || 25 suscitat *om.* L^1 || IIII L || 26 aversos $B^A L^1$ || ut] vi *Me.* || 27 aperte $A^A L$ *ex. corr.* || 28 vittisque *Popma* || 29 die terra || prima L^1 || 30 mentis $LA^A B^A$ || 3 autumarei *Mu.* || 5 benefaciam ei: *corr. Mu.* || opera operate || autumant A^A (*cum* E^1): -mat LB^A || 7 socratitum A^A: -cum *Iun.* || quiddante tyr. (*pro* ter.): quidam (*dat.*? *Mu.*) tyr. *Lachm.* || misse *G*. *Lachm.*

Plautus Amphitryone (fr. XIII):

nisi hóc ita factum est proínde ut factum esse aútumo,
10 non caúsam dico quín vero insimulés probri.

|| Autumare est sperare. Pacuvius Duloreste (118):

aut híc est aut hic ádfore actutum aútumo.

ALTVM non solum aerium vel profundum, sicuti plerumque. || Altum ab alimento dictum. Varro Manio (260):
15 'habens antepositam alimoniam, sedens altus alieno sumptu.'
|| Altum, magnum vel gloriosum. Vergilius Georg. lib. III (42):

te sine nil altum mens inchoat.

|| Altum, vetus, anticum. Vergilius Georgicon lib. IV (285):

20 altius omnem
expediam prima repetens ab origine famam.

et lib. VIII (395):

quid causas petis ex alto?

Accius Armorum Iudicio (160):

25 cur vétera tam ex alto ádpetissis
díscidia, Agamemnó?

|| Altum, pressum, obscurum. Vergilius lib. X (63):

quid me alta silentia cogis
rumpere?

11—21 Aut.—fa.; 24—29 Acc.—rumpere.

---

10 verum qui ins. (quin s. *L B*^{A}): *corr. Langen.* || **13—238. 4** *fort. post 235. 20 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 66*) || **13** sicuti] sed *D*^{A} || **14** alimento *A*^{A} *D*^{A}: alendo *L B*^{A} || **14—15** *cf. 133. 28; 442. 33* || **17** IIII *L A*^{A} || **19** IIII *H*^{3} *ut vid.*: III *rell.* || **21** fatum *L A*^{A} *D*^{A}: factum *B*^{A} || **22—23** *cf. 366. 24* || **23** quide c. petas *L*^{1} || **25** adpetisses *D*^{A} || **27—29** *cf. 182. 27; 382. 35* || **27** XI *L A*^{A}.

idem eodem (625): 30

sin altior istis
sub precibus venia ulla latet.

ADITVS, interpellatio. Terentius in Andria (534):
aliquót me adierunt, éx te auditum esse.

Vergilius lib. X (149): 35

regem adit et regi memorat nomenque genusque.

Lucilius lib. XXVII (24):

cúm pacem petó, cum placo, cum ádeo et cum appelló meam.

|| Aditus est ingressus. Vergilius lib. IX (57):

huc turbidus atque huc 40
lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.

M. Tullius de Suppliciis (Verr. II, v, 30): 'in ipso aditu atque ore portus'. || Aditus rursum adventus.

Accius Medea (417):

tun ália || Mede's et cuius áditum expéctans pervixi úsque 1
adhuc?

M. Tullius ad Caesarem Iuniorem lib. I (fr. 1): 'et aut ad consules aut ad te aut ad Brutum adissent, his fraudi ne esset, quod cum Antonio fuissent'.

ADTENDERE est intendere. M. Tullius de Officiis lib. 5
III (35): 'et si, cum animum adtenderis, turpitudinem videas adiunctam'. — Accius Diomede (281):

simul aúrem adtendo, ut quírem exaudire ámplius.

---

33 Ad. int.; 35—36 Virg.—gen.; 39—1 Ad.—expectant; 5—7 Adt.—vid. adunatam.

---

30 item A^A || i. in e. B^A || 34 esse *secl. Me.* || 38 placito A^A || 39 est *om.* D^A || 40 atque illuc || 42 *cf. 459. 20* || 43 opere *codd. h. l.*: ora *codd. 459* || 1 tunc (tum L^1) diomedes et c.: *correxi* || expectant: *corr. Passerat.* || 3 et aut ad te A^A || 4 essent $A^A L$ *ex corr.*: esset $B^A L$ *ante corr.* || 6 sed si *Cic.* turpidinem A^A || 7 adunatam.

Lucilius lib. XXIX (115):

10 praeterea ut nostris animos adtendere dictis
atque adhibere velis.

idem lib. XXVII (33):

rém cognoscas símul et dictis ánimum adtendas póstulo.

Pacuvius Antiopa (17):

15 sed cúm animum adtendi ád quaerendum quíd siet.

Pomponius Macco (63):

quíd futurum est, sí pol discere ártem ego hanc adténderim?

|| Adtendere, perseverare. Accius Diomede (279):

si umquám praepediar, gnáte || puer † ne adténderis
20 petere á me id quod nefás sit concedí tibi.

APPELLARE est familiariter respondere. Lucilius lib. XXVII (25):

cúm mei me adeunt sérvuli, non dóminam ego appellém meam?

|| Appellare, nominare. M. Tullius de Officiis lib. III (1): 'Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus sit'.

25 APPELLERE est applicare. Afranius Excepto (137):

ábi tu, appellant húc ad molem nóstram naviculám . .

9—10 Luc.—adt.; 12—13 idem—pos.; 18—25 Adt.—App. est applicare.

---

10 nostros: *corr. Bentin.* || adtendere (att-) de re d.: *corr.* E^1 || **12—13** *cf. 275. 21* (*s. v.* cognoscere) || **12** XXVI *codd. 275* || **13** postula *codd. h. l.* || **15** cum animo: *corr. Iun.* || **17** e. h. d. art.: *corr. Mu.* || **19** perpediar $L\,A^A\,B^A$ || numquam perpellar *Mu.* || gnato: *corr. Grotius* || *fort.* gnate, inpune adt. || **20** concedit tibi B^A *ut vid.* || **23** (App.)—**24** (sit) *post 29*: *huc traiec. Quich.* || *cf. 236. 1* || **24** filium qui || **25** Appellare: *corr. Quich.* || **26** nav. iube (?) *Bue.*

Lucilius lib. XXVI (81):

ágere in iaciéndo si quo est [in] víneis actís opus,
prímum id dant operam út quamprimum appéllant .....

AEMVLVS est invidus. Vergilius Aeneidos lib. V (415): 30

aemula necdum
temporibus geminis canebat sparsa senectus.

et lib. VI (173):

aemulus exceptum Triton. ||

Aemulus est sectator vel imitator. M. Tullius pro 1
Marco Marcello (2): 'illo aemulo atque imitatore studiorum meorum ac laborum'. — Sallustius Historiarum lib. III (88): 'sed Pompeius a prima adulescentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi, 5
facta consultaque eius quidem aemul[at]us erat'. —
Vergilius Aeneidos lib. X (371):

spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi.

|| Aemulus, similitudinem vitae vel instituti sequens. M. Tullius de Republica lib. I (50): 'quî enim iudicatur iste optimus? doctrina, artibus, studiis? audio. quando?' 10

ARGVTVM significat sonans. Vergilius Bucolicis (VII, 1):

forte sub arguta consederat ilice Daphnis.

et multa huiusmodi. || Argutum, audax, malitiosum.
Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 36):

agite, ágite, fures méndaci argutámini. 15

27—32 Luc.—sen.; 1 Aem.—im.; 3—8 Sal.—seq.; 11—22 Arg.—Hab.

27—28 *cf. 243. 41* (*s. v.* actum, admotum); *327. 25* (*s. v.* iacit, facit) || 28 *i. e.* aggere || quod $A^A D^A$: (quid [qui?] *corr. ex* quod *in H*) || in *om. codd. 243, 327* || 29 dan *L ante corr.* A^A || *post hunc vers. lac. sign. Mu.* || 33—34 *cf. 437. 6* || 1—2 *cf. 437. 9* || 2 imitatione A^A || 3—5 *cf. 502. 2* (*s. v.* acc. pro
5 se fore D^A || 6 aemulus *Victor., Carrio*: -lator *Dietsch*
stitutis s. $L^1 A^A$ || 9 qui *cod. Cic.*: qua || 10 quando

Plautus Mostellaria (1):

exi é culina, sís, foras, mastígia,
qui mi ínter patinas éxhibes argútias.

| Argutum, parvum ac lectum. Vergilius Georg. lib. III (80):

argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

ACCIPERE, tractare, increpare. M. Tullius in Verrinarum actione II (I, 140): 'male accipit verbis Habonium'. — et ad Caesarem Iuniorem lib. I (fr. 2): 'roga ipsum, quemadmodum eum ego Arimini acceperim'. || Accipere est datum sumere. Vergilius Aeneidos lib. III (486):

accipe et haec, manuum tibi quae monimenta mearum sint, puer.

|| Accipere, sentire. Terentius Heautontimorumeno (264):

. . . . . Clínia, aliter túum amorem atque est áccipis.

|| Accipere, videre. Vergilius lib. VIII (154):

. ut te, fortissime Teucrûm,
accipio agnoscoque libens!

|| Accipere, concipere. Vergilius lib. VIII (449):

alii ventosis follibus auras
accipiunt redduntque. ||

|| Accipere, audire. M. Tullius (Verr. II, II, 82): 'accipite nunc aliud eius facinus nobile'. — Lucilius lib. XXX (112):

hoc etiam accipe quod dico; nam pertinet ad rem.

11—22 Arg.—Hab.; 24—3 Acc.—rem.

16—18 *cf. 55. 16* || **16** must. || **17** ex ceculina D^A || **18** exhiberes (exib-) $A^A D^A$ || **19** ac letum LB^A: *om.* D^A: adductum *Mu.* || **20** *cf. 361. 13* || obsaque t. L^1: ob. t. (*sic, ut vid.*) D^A || **22** secundum A^A || **23—24** *cf. 383. 8* (*s. v.* rogare) || **23** rogo—arini—acceperit *codd. h. l.* || **24** ego eum *codd. 383* || **25** manum tibi quae L^1: manuumque tibi *rell.* || eorum L^1: meorum A^A || **28** al. cum amore || **2** nobile *om.* D^A.

Vergilius Aen. lib. II (65):

accipe nunc Danaûm insidias et crimine ab uno
disce omnis.

|| Accipere, pascere. Terentius in Eunucho (1082):

áccipit homo némo melius prórsus ac prolíxius.

|| Accipere, decipere. Lucilius lib. XXIX (2):

. . . sic ínquam veteratórem illum vetulúm lupum
Hánnibalem *accéptum.*

|| *Accipere, habere* acceptum. Plautus in Aulularia (237):

tam óptumumst: tu cóndicionem hanc áccipe . . . . .

ARDERE est igniscere, concremari. Vergilius Aeneidos lib. V (525):

namque volans liquidis in nubibus arsit harundo.

idem Vergilius lib. II (311):

iam proximus ardet
Vcalegon.

|| Ardere, festinare. Vergilius Aeneidos lib. I (423):

instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa.

idem lib. XII (71):

ardet in arma magis.

|| Ardere, fulgorem et splendorem emittere. Vergilius Aen. lib. IV (262):

Tyrioque ardebat murice laena.

9—11 Acc.—acc.; 14—15 Ard.—arundo; 19—20 Ard.—T.; 22—28 id.—capiti.

---

8 atque: neque *codd. Ter.* || 10 scinquam *L* || 11—12 *addidi*: Acc. admittere *Pius* || 12—13 aulularíam (-a *B*^{A}) optumus (-im-) tu || 20 (pars)—21 *cf. 283. 13; 346. 17* || 21 tilii *D*^{A} || 24 A. est f. *D*^{A} || inmittere *D*^{A} || 25—26 cf. 541. 5; 549. 16.

idem lib. X (270):

ardet apex capiti cristisque a vertice flamma
funditur.

10 || Ardere, dolere vel irasci. Vergilius Aeneidos lib. X (513):

proxima quaeque metit gladio latumque per agmen
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum
caede nova quaerens.

ACRE significat celer, velox. Vergilius Georg. lib. III (119):

15 calidumque animis et cursibus acrem.

idem Aen. lib. IV (156):

at puer Ascanius mediis in vallibus acri
gaudet equo.

|| Acre, austerum, acidum, asperum, acerbum. M. Tullius
10 in Hortensio (89): 'quod alterius ingenium sicut acetum Aegyptium, alterius sic acre ut mel Hymettium dicimus'. — Varro Parmenone (394): ||

1 demítis acris pectóre curas cantú castaque poési.

|| Acre, severum. M. Tullius de Officiis lib. I (114): 'suum quisque igitur noscat ingenium acremque se et bonorum et malorum suorum iudicem praebeat'. —
5 idem eodem (136): 'utendum est fortasse vocis contentione maiore et verborum gravitate acriore'.

22—28 id.—cap.; 30 Ard. d. ir. vel amare; 34 Ac.—vel.; 37—39 Virg. at—asp.; 2—4 sev.—praebeat.

---

27 XI B^A || 28 (cris.)—29 *cf. 313. 9* || 30 dolere (-ore *Montepess.*) irasci vel amare D^A || 32 (te)—33 *cf. 391. 4* || 34 Acrem s. celerem velocem D^A || 39 Acrem: *corr. Iun.* || acidum asp. acerbum E: acerbum (-vum) asp. acerbum (-vum) $L\,A^A B^A$: acerbum asperum D^A (*cum B*) || 40 sic dulce ut *Sigonius* || acceptum A^A || 41 mel metium L || 1 *cf. 267. 15* (*s. v.* castum) || dimittis *codd. h. l.* || cantum cantasque *codd. h. l.* || 2—3 et b. et vitiorum s. *Cic.* || 5 idem m e. L^1: idem in e. B^A || et vocis *codd. Cic.*

|| Acre, forte. Vergilius Aen. lib. VIII (614):

aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.

Cicero Tusculanarum lib. V (57): 'in rebus gerundis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura'.

|| Acre, vehemens, saevum. M. Tullius in Hortensio (25): 10 'aut Philisto brevius aut Theopompo acrius'. — Vergilius Georg. lib. III (405):

acremque Molosum
pasce sero pingui.

idem Aen. lib. V (454):

acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira. 15

M. Tullius Verrinarum actione *II*, de signis (IV, 70): '*multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes*'. || Acre, providum, diligens. — Vergilius Georg. lib. II (405):

iam tum acer curas venientem extendit in annum
rusticus. 20

AER est medium spatium quod inter caelum est et terram. Vergilius Aeneidos lib. V (839):

aera dimovit tenebrosum et dispulit umbras.

|| Aer, altitudo. Vergilius Georgicon lib. II (123):

ubi aera vincere summum 25
arboris haut ullo iactu potuere sagittae.

---

18 Acre prov. dil.; 21—22 Aer — terram.

---

6 Acrem fortem || **6—7** *cf. 374. 15* || **8** in rebusque *codd. Cic.* || **9** uerum (*non E*) || **11** philippo B^A || brevis A^A (-vius *ex corr. in L*) || (a. T. a.) *cf. 343. 10* || **15** ad pusnam L^1: apud nam A^A || actum B^A || **16—18** *add. Roth.* || **24—26** *cf. 418. 21* || **24** aeneidos libro II (*corr.* V) *L*: aeneidos (aen.) lib. (libro) V A^A: georgicon (georgc.) lib. II B^A || **26** aut L A^A || ullae Verr

|| Aer, sonus. Varro Andabatis (25):

anima út conclusa in vésica, quando ést arte religáta, si pértuderis, aéra reddet.

30 AMARVM dicitur asperum. Vergilius Georg. lib. II (86):

et amara pausia baca.

Lucretius lib. IV (15):

interea perpotet amarum

absinthi laticem.

35 || Amarum, acerbum. Vergilius Aeneidos lib. IV (203):

isque amens animi et rumore accensus amaro. ||

1 ADMONERE est conmonefacere. M. Tullius in Verrem, de signis (II, IV, 5): 'recte admones. Polycletum esse dicebant'. || Admonere, percutere. Vergilius lib. X (586):

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo

5 admonuit biiugos.

AMBIRE significat circuire et concludere. Vergilius lib. VI (550):

quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

idem lib. X (243):

atque oras ambiit auro.

10 || Ambire, ambitionibus adpetere. Vergilius lib. VII (333):

ne conubiis ambire Latinum

Aeneadae possint.

Terentius in Andria (373):

nísi vides, nisi sénis amicos óras, ambis . . .

27—30 (cf. 35) Aer—Am. asperum vel acerbum; 6—7 Amb.—amnis; 10—12 Amb.—possunt.

---

28 arte ligata: *corr. Mu.* || 29 reddit (?) *Mu.* || 30 dicitur *om.* D^A || 36 amaro] amore $L^1 A^A$ || 6 IIII || 8 idem *om.* A^A || 11 ne c. *E* (*cum Montepess.*): nec. c. *rell.*: neu c. *codd. Verg.* || 12 possunt D^A.

|| Ambire, interpellare. Vergilius Aen. lib. IV (283): 15

quonam reginam ambire furentem
audeat adfatu?

AGERERE, egerere. Varro Bimarco (70): 'non Hercules potest, qui Augeae agessit κόπρον'.

AVDACIA consuetudine temeritas dicitur. Sallustius 20 Catilinae Bello (58, 17): 'audacia pro muro habetur'. || Audacia, fiducia. Vergilius lib. V (67):

quique pedum cursu valet et qui viribus audax.

ATRVM dicitur nigrum. Vergilius lib. VI (576):

quinquaginta atris inmanis hiatibus hydra. 25

et Georgicon lib. III (430):

hic piscibus atram
inprobus ingluviem.

Varro Eumenidibus (146): 'vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum atque ancillarum, qui omnes me 30 bilem atram agitare clamitantes'.

ALVMNOS consuetudo quos alas vel educes vel eos qui alunt dici vult. Vergilius lib. VI (876):

nec Romula quondam
ullo se tantum tellus iactabit alumno. 35

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 169): 'Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio fixum videret'. — Varro Sesqueulixe (476):

15—17 Amb.—affatu; 20—22 Aud.—fid.; 32—33 Al.—vult.

---

15 Verg. *om.* L^1 || **15—17** *cf. 30. 23* || **16** quo nunc *codd. Verg.* || audire *L ante corr.* || **18** Agere: *correxi* || egere L^1: gerere $A^A B^A$: *corr. Me.* || **19** qui augebes sed conpron: *correxi post Iun., Me.* || **21** *cf. 431. 5; 442. 18* || **24** nigrum *om.* L^1 || nigrum. Atrum, noxium, pestiferum. Verg. (?) *Mu.* || V: (*corr. B*) || **26—28** *cf. 298. 10; 327. 10* || **27** p. ram L^1 || **28** inluviem (ill-) *codd. h. l.* || **29—30** *cf. 153. 3* (*s. v.* pueros); 421. 7 (*s. v.* vix); *356. 15* || **31** livem $L A^A$ || **32** educas D^A || **35** bullus A^A *(non B)* || **37** suum] sum $L^1 A^A$ || **38** affixum codd. Cic.

'ubi quod lupam alumni fellarunt olim'. — i Eumenidibus (141): ||

1 ét ecce de inprovíso ad nos accédit cana Véritas, Attices philosóphiae alumna.

|| Alumnum, filium. Vergilius lib. VI (595):

nec non et Tityon, Terrae omnipotentis alumnum.

5 Pacuvius Teucro (313):

quae désiderio alúmnûm, paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

|| Alumnum, dominum. Vergilius lib. XI (33):

caro datus ibat alumno.

10 AGERE, leto dare. Vergilius Aen. lib. I (190):

tunc vulgus et omne
miscet agens telis.

|| Actum, rotatum. Vergilius Aen. lib. IX (587):

ipse ter adducta circum caput egit habena.

15 || Agere, loqui. Terentius in Adelphis (78):

sed estne ipse, de quo agebam?

|| Actum dicitur perfectum. Vergilius lib. VI (236):

his actis propere exequitur praecepta Sibyllae.

|| Agere, persequi. Vergilius Aen. lib. IV (70):

20 quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
pastor agens telis.

1—2 Varro ecce—al.; 8—9 Al. filium vel dom.—al. 13—17 Act.—perf.; 19 Ag.—Virgilius.

1—2 *cf. 86. 26* (*s. v.* canum) || 1 et *om. DA* || annos *AA* anno L^1 || 4 omniparentis *Verg.* || 5—7 *cf. 152. 25* (*s. v.* paenitudinem); *169. 28* (*s. v.* scabres); *185. 2* (*s. v.* vastities, vastitudo, vastitas) || 11 vultus L^1 || omnem (. . turbam) *Verg.* || 14 *cf. 246. 25* || habenas (ab.): *corr. F* || 16 sed *om. DA* || e. hic *i. codd. Ter.* || ageram L^1.

Aen. lib. VIII (118):

quos illi bello profugos egere superbo.

‖ **Actum**, adpulsum. Vergilius lib. VII (199):

sive errore viae seu tempestatibus acti. 25

Varro in Lege Maenia (234):

non hós Pactolus aúreas undás agens
erípiet umquam e míseriis . . . .

‖ **Actum**, infixum. Vergilius lib. IX (432):

sed viribus ensis adactus 30
transadigit costas.

Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (204):

nón videtis, únus ut
párvulus Amor árdifeta lámpade arida ágat amantis
aéstuantis? 35

‖ **Actum**, coactum, territum. Vergilius [lib. VI] (379):

prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

‖ **Agere**, fugare. Vergilius Georg. lib. II (130):

et membris agit atra venena.

‖ **Actum**, admotum. Vergilius lib. IX (505): 40

adcelerant acta pariter testudine Vulsci.

Lucilius lib. XXVI (81):

ágere in iaciéndo siquost víneis actís opus[t].

---

23 quos — sup.; 24—25 Act.— acti; 29—30 Act. inf. vel admotum — adactus.

---

22 et Aen. B^A ‖ **23** *cf. 391. 21* ‖ **26** in leminia LA^A ‖ **28** umquam me A^A ‖ **32—34** (lamp.) *cf. 312. 6* (*s. v.* fetum, plenum) ‖ **34** A. p. *Meinek.* ‖ *fort.* artifeta (*cf. ad 312. 8*) ‖ **34—35** amantissa est. L ‖ **36—37** *cf. 370. 5*; 436. 5 ‖ **36** lib. VI *om.* LA^A ‖ **38** *fugere* L^1A^A ‖ I LA^A ‖ **39** ac codd. Verg. ‖ **41** *evulsi* L^1 ‖ *42 Lucilius om.* L^1A^A ‖ **43** cf. 238. 27; 327. 25 (*s. v. iacit, facit*) ‖ *iacendo si* quos tu vinis actis opost.

|| Agere, porrigere. M. Tullius de Officiis lib. II (43): 'vera gloria radices agit atque etiam propagatur'. || Agere, intendere, inquirere. Vergilius in Bucolicis (IX, 37):

id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

|| Agere, urguere, inpellere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 7): 'agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum'.

ASPERVM significat insuave. Terentius || Heautontimorumeno (458):

ásperum,
pater, hoc est; aliud sodes para.

Vergilius Georg. lib. IV (277):

asper in ore sapor.

|| Asperum, nocens. Vergilius Georg. lib. III (434):
sevit agris asperque siti atque exterritus aestu.

|| Asperum, exasperatum, non leve. Vergilius lib. IX (263):
bina dabo argento perfecta atque aspera signis
pocula.

AEQVARE est cum aequitate dividere. Vergilius Aeneidos lib. I (507):

operumque laborem
partibus aequabat iustis.

|| Aequare, continuare. Vergilius lib. IX (337):

felix, si protinus illum
aequasset nocti[s] ludum.

45—46 Ag.—Virg.; 47—5 id—sap.; 11 Aeq.—dividere; 14—18 Aeq.—ensem.

44—49 *post 246. 20: huc traiec. Quich.* || **46—47** *cf. 420. 27* || **47** ipsa D^A || **48** inplere L^1 || **1** Asperam L^1 || **3** al. lenius s. vide *Ter.* || **4** et V. D^A || **6—7** *cf. 295. 30* || **6** IIII LA^A || **12** laborum LA^A || **13** *cf. 412. 30* || **14—16** *cf. 377. 12* || **16** noctis *codd. h. l.*

ACCOMMODATVM dicitur adiunctum. Vergilius Aeneidos lib. II (393):

laterique Argivum accommodat ensem.

M. Tullius in Verrem, in Frumentaria (II, III, 60): 'flagitia lubidinisque accommodat'. — Accius Bacchis (256):

tunc sílvestres exúvias laevo píctas lateri accómmodant.

M. Tullius de Officiis lib. I (70): 'qui se ad rem publicam et ad magnas res gerendas adcommodaverunt'. — et de Republica [lib.] I (70): 'expositamque ad exemplum nostrae rei publicae adcommodabo *ad* eam, si potero, omnem illam orationem, quae est mihi habenda de optimo civitatis statu'. || Accommodatum, proclive, propensum. M. Tullius in Verrem actione II (I, 63): 'tunc praeterea maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros, ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati'. || Accommodare, adhibere. M. Tullius de Officiis lib. III (43): 'tantum dabit amicitiae, ut veram amici causam esse malit, ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, adcommodet'. — et de Senectute (70): 'ceterum † et tempora metendis frugibus et percipiendis adcommodata sunt'. ||

ARIDVM dicitur siccum. Vergilius Aen. lib. I (175):

atque arida circum
nutrimenta dedit.

14—18 Aeq.—ens.; 20—21 Accius—accommodant; 1—6 Ar.—fragor.

17—18 *cf. 71. 8* || 17 lib. II aen. A^A || 19—20 ad Verris fl. lub. accommodato *Cic.* || 20—21 *cf. 458. 11* (*s. v.* exuvias) || 21 silvestres *codd. h. l.*: pecudum *codd. 458*: silvestrium *On.*: -strum *Ribb.* || saevo *codd. h. l.* || 24 lib. *om.* $L^1 A^A$ || expositaque *cod. Cic.* || 25 nostrum *L* || nostra re publica *Niebuhr.* || ad *om.* || 26 potuero *cod. Cic.* || 28—29 act. tertia tunc (tunc ter. A^A) || 30 motium $L A^A$ || 33 (ut v.)—34 *cf. 361. 2* || 34 lites codd. h. l.: (*corr.* H^2) || 35—36 cetera [met] t. met. Quich.: reliqua autem t. demet. *codd. Cic.* || tendis $L^1 A^A$.

|| Aridum, horrificum, acutum. Vergilius Georg. lib. I (357):

5 et aridus altis
montibus audiri fragor.

Lucretius (VI, 119):

aridus unde auris terget sonus.

|| Aridum, purum, lucidum. Plautus in Rudente (726):

10 argento arido.

ANCEPS [est] dubium. Vergilius Aen. lib. X (359):

anceps pugna diu.

|| Anceps, duplex. Lucilius lib. XXIX (33):

nemo hós ancipites férro effringat cárdines.

15 Vergilius Aen. lib. III (180):

agnovit prolem ancipitem geminosque parentis.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'Caesar reversionem fecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant relinqueret, quo se coiceret Pompeius, aut anci-
20 piti urgueretur bello'. || Anceps, acutum ex utraque parte. — Lucilius lib. XXIX (34):

vecte átque ancipiti férro effringam cárdines.

AVRA est ventorum. Vergilius Georg. lib. IV (416):

at illi
dulcis compositis spiravit crinibus aura.

1—6 Ar.—fragor; 9—14 Ar.—card.; 20—22 Anc.—Virg.; 24—25 sp. cr. aura et.

---

8 auri topet A^A: auris et $L\,B^A$ (*fuerat in archetypo* auriset): a. torquet (?) *Mu.* || 11 est *om.* $A^A D^A$ || 14 -te *I. Dousa* || 15—16 *secl. Mu.* || 16 ancipitem E^1: ambiguam $L\,A^A B^A$ || 17—18 c. reversione (cessare versione A^A): *corr. Ald.* || 18 effecit *Mu.* || 19 relinquerent: *corr. Me.*: -ntur *Mu.* || aut *Mu.*: ut || 22 ventus *Mu.*: *fort.* variorum *vel* ventorum; <verum> (*seq.* uerg.) || Aura, odor *add. Quich. post Me.* || 24 *cf.* 257. 25.

Idem Aen. lib. VI (204): 25

discolor unde auri per ramos aura refulsit.

|| Aura, tactus. Varro [in] Eumenidibus (139):

simul ac lánguido
córpori solís calidior vísa est aura.

ARGVTARI dicitur loquacius proloqui. Ennius Phoenice 30
(262):

túm tu isti crede átque exerce línguam, ut argutárier
póssis.

Novius Exodio (25):

quándo ad ludos vénit, alii cúm tacent, totúm diem
árgutatur, quási cicada. 35

|| Argutari, sussilire. Titinius Fullonia (28):

. terra haec est, nón aqua, ubi tu sólitu's argutárier,
pédibus cretam dúm conpescis, véstimenta quî laves. ||

ADTOLLERE significat erigere, fundere. Vergilius Aeneidos 1
lib. III (552):

adtollit se diva Lacinia contra.

|| Adtollere, adferre. Pacuvius Medo (238):

cústodite istúm vos, ne vim qui ádtolat neu qui ádtigat.

24—25 sp. cr. aura et; 26 disc.—ref.; 30 Arg.—Enn.; 31—35 ex.—cic.; 1—3 Adt.—adferre.

---

25 Aura, splendor *add. Quich.* || VII L^1 || **27** Aura adactus: *corr. Mu.* || in *om. L* || **29** corpore: *corr. Oehler.* || cadilior A^A || **30** loquacium: *corr.* H^3: -citer *ed. a. 1476* || **31** lingua $L\,A^A\,B^A$ || **33** nevius D^A || **34** taceant D^A || **36** sussilire B^A: subsilire *Gen.*[3]: exissilire *L*: easisilire A^A || **37** at t. h. *Quich.*: t. hercle h. *C. F. Mueller. Prosod. Plaut. p. 604* || nouaqua $L\,B^A$ || solita's *Havet.* (*Mél. Graux, p. 811*) || argutari: *corr. Scal.* || **38** que levas: *corr. Lachm. comm. Lucr. p. 379* || **1** fund. *om.* D^A: fundare *Mu.* || **4** c. hunc *codd. Diom. p. 378*: c. istunc *Ribb.* || ne eum qui: nequis vim *codd. Diom.* || adtollat (att.): attulat *Diom.* || qui *alt. om. Diom.* || adtingat B^A.

5 idem Armorum Iudicio (41):
"pro império agendum est". — "quís vetat, quin áttolat?"
Vergilius Aen. lib. VIII (200):
attulit et nobis aliquando optantibus aetas.

AVSCVLTARE est obsequi. Pacuvius Chryse (85):
10 magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.
Ennius Melanippa (247):
mi aúscultá, náte; púerós cremárí iubé.
Caecilius Symbolo (196):
audire, ígnoti quod ímperant,
sóleo, non auscúltare.
15 || Auscultare, audire. Afranius Simulante (306):
ne ego íllos velitántis auscultó lubens.
Pomponius Asina (12):
atque aúscultare dísce, si nescís loqui.
|| Auscultare, videre, spectare. Afranius Privigno (265):
20 vidére ludos; hínc auscultaví procul.

ADDVCERE, ducere. Terentius Heautontimorumeno (311):
addúcimus [ad te] tuam Bácchidem . . . .

---

9 Ausc. e. obs.; 11—12 Enn.—cr. iube; 15 Ausc. aud.; 17—18 Pomp.—loqui; 21—22 Add. duc. intorquere rotare. Ter.—Bacchidem.

---

6 quisne attollat || 7 VIIII *L* || 9 in Chrise *ed. princ.*: qui se || 12 iube cremarier *Both.* || 13 Symbolo, *cf. Turneb. Adv. XXIX, 20*: sembono *L A*[A]: embono *B*[A] (*praec.* s) || 14 quom *Ribb.* || 16 veltantis: *corr. Iun.* || ausculta *A*[A] 17 Asinaria *Passerat.* || 18 atque *om. D*[A] || 20 videt: *correxi* || auscultari *A*[A] *fort. recte* || 'vidisti ludos?' 'hinc auscultavi procul' *Neukirch.* || *post hunc v. stant 243. 44—49.* agere porr.—Romanorum || 22 ad te *om. Ter.*

|| *Adduci,* cogi. M. Tullius de Senectute (34): 'nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit'.

|| Adducere, intorquere, rotare. Vergilius lib. IX (587): 25

ipse ter adducta circum caput egit habena.

|| Adducere, excutere, producere. Vergilius lib. IX (402):

ocius adducto torquens hastile lacerto.

AEQVOR, campus. Vergilius lib. XII (333):

illi aequore aperto 30

ante notos zephyrumque volant.

|| Aequor, mare. Vergilius Aen. lib. I (146):

et vastas aperit syrtis et temperat || aequor. 1

|| Aequor, fluvius. Vergilius lib. VIII (96):

viridisque secant placido aequore silvas.

ADVENIRE, venire. Caecilius Plocio (173):

edepol senectus, [ut] si nihil aliud 5

adpórtes tecum, cum ádvenis, unum íd sat est.

|| Advenire, incipere. Plautus Amphitryone (fr. XII):

quaeso, ádvenienti mórbo *medicarí* iube.

AESTVS, solis et aestivi temporis flagrantia. Vergilius Georg. lib. III (331): 10

aestibus in mediis umbrosam exquirere vallem.

25—26 int. rot. (*vid. ad 21*)—hab.; 29—30 Aeq.—ap.; 32—6 Aeq.—sat est; 9—12 Aest.—commotiones.

23—24 *cf. 395. 7* || **23** Adduci *add. ed. princ.* || Cicero de senectute *Gen.*[3]: *om.* LA^4 || **25—26** *cf. 243. 14* || **27** excutere *Gen. mg.*: *om. rell.* || **29** (ae. mare [*expunct.*] c. *Gen.*) || **30** illi *om.* D^4 || **31** volat A^4L *ex corr.* || **32—33** *cf. 236. 13* || **2** VIIII *L* || **4** est v. D^4 || **5** si nihil quicquam aliud viti *Cic. Cat. m. 25* || **6** unus *L* || **7** Pl. *om.* A^4 || **8** *cf. 44. 23* (*s. v.* cerriti et larvati) || moribo *codd. h. l.* || med. *om. codd. h. l.* (medicati *44*) || iure LB^4 (praedicam iube E^1 *in marg.*) || **9** A. est s. *D* at *Verg.* || vellem L^1A^4.

|| Aestus, marini impetus vel commotiones. Lucretius lib. IV (219):

frigus ut a fluviis, calor ab sole, aestus ab undis
aequoris.

15 Plautus in Asinaria (158):

quó magi' te in altúm capessis, aéstus te in portúm refert.

Vergilius (Aen. III, 577):

fundoque exaestuat imo.

ACERBVM, horrendum, infandum, inmite. Vergilius
20 Aen. lib. IV (XI, 28) et lib. VI (429):

et funere mersit acerbo;

et in multis ita. || Acerbum, incoctum, praecocum; ut de pomis frequentius dicitur. Varro in Agathone (11): 'virgo de convivio abducatur ideo, quod maiores nostri
25 virginis acerbae auris veneriis vocabulis inbui noluerunt'.

ALBVM significatione manifesta est, ut Vergilius Georg. lib. III (82):

color deterrimus albis

et gilvo.

|| Album, mite vel placidum. Varro Sesqueulixe (471):
30 '*nondum album est caelum nec* adversi venti ceciderunt. quodsi pergunt diutius mare volvere, vereor ne me quoque, quom domum ab Ilio cossim venero, praeter canem cognoscat nemo'.

9—12 Aest.—comm.; 15—19 Pl.—infandum; 22—23 incoctum—dicitur.

12—14 *cf. 310. 32* || **13** pluviis (-vis) *codd. h. l.* || **15—16** *cf. 266. 14; 381. 37* || **16** capessas *codd. h. l.* || **20** lib. VI et XI *Quich.*: IIII et lib. *secl. Mu.* || **22** et in m. ita *om.* B^A || re quocum D^A || **24** abdicatur *Pius* || **24—25** *cf. 521. 22* (*s. v.* inbuere) || **25** veneris || uoluerunt: *corr.* A^A *mg. ut vid.* || **26** ut *om.* A^A || **29** Altum || **30** *add. Bue.* (c. est) || **31** (ver.)—**32** *cf. 276. 7* (*s. v.* cognoscere, agnoscere) || **32** quo d. *codd. h. l.* || ab dalio *codd. h. l.* || cossint *codd. h. l.* || revenero (?) *Mu.* (revertero *codd. 276*).

ADOLERE est urere. Vergilius in Bucolicis (VIII, 65):
verbenasque adole pinguis et mascula tura.

|| Adolere, augere, honorare, propitiare: et est verbum 35
sacratum, ut macte, magis aucte. Vergilius Aeneidos lib. I (703):

quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo
cura penum struere et flammis adolere penatis.

et lib. VII (71):

praeterea, castis adolet cum || altaria taedis. 1

ab olescere, crescere: unde adolescentem dicimus. Lucretius lib. II (1130):

donique olescendi summum tetigere cacumen.

Laberius in Sororibus (84): 5

laus nomine agendi,
nomine gloria alescit.

INCIPIT PER B LITTERAM.

BELLVM est, ut plerumque, pugna. || Bellum, elegans, [melius: prudens.] Lucilius lib. XXIX (86): 10

aétatem istuc tíbi laturam, et béllum, si hoc bellúm putas.

Varro *Ταφῇ Μενίππου* (517): 'Diogenem litteras scisse, domusioni quod satis esset, tunc quod etiam acroasi

---

33—38 Adolere—penatis; 2—3 Adolescere cr.—Lucr.; 4 den.—cac.; 9—11 Bell. est—putas.

33—34 *cf. 58. 27* || **33** A. aestu erere A^A (A. aestu ur. *B*) || **38** *cf. 58. 24* || **39—1** *cf. 440. 8; 58. 25* || **2** ab ol. *scripsi*: Adolescere: * * Al. *vel* Ol. *Mu.* || dici $L^1 A^A$: dicit B^A: dicimus D^A || *fort.* unde adolescendi 'olescendi' dicit Lucr. || **4** denique adulescendi (adol-): donec alescendi *codd. Lucr.* || **6** nomine agendi $A^A E^1$: *om.* $L B^A$ || laus, nomen, gloria alescit *Lachm.* || **7** adolescit B^A: alescit $L^1 A^A$ || **8** *om.* A^A || **10** mel. prud. *secl. On.* || **11** stuc A^A || et *del. Me.* || **12—13** (ess.) cf. 230. 6 *(s. v. usus, fem.)* || **13** dumusioni *codd.* utrobique || hunc (i. e. *Menippum*) *Bue.* || acrosi: *corr. Iun.*

bellorum hominum'. — idem eodem (519): 'in charteo
15 stadio epitaphion agona quo quis certasset animo † bellus homo, magis delectatus Stoicorum pancratio quam athletarum?' — idem Sesqueulixe (482): 'quid enim est quod homo masculus lubentius videre debeat bella uxore?' — idem Bimarco (64): 'sociis es *hostis*, hostibus socius. bellum ita geris, ut bella omnia domum auferas'.

20 INCIPIT PER C LITTERAM.

CONMITTERE, effigiare. Pacuvius Niptra (270):

barbáricam pestem súbinis nostris óptulit,
nová figura fáctam, conmissam ínfabre.

|| Conmittere, coniungere, sociare. Lucilius lib. XXVIII (47):

25 quíd me fiet, síquidem nunc vis te ínprobis conmíttere?

Vergilius Aen. lib. III (428):

delphinum caudas utero conmissa luporum.

|| Conmittere, donare, relinquere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 27): 'calumniatores ex sinu suo obposuit,

---

14—16 Varro in carteo—pancratio; 24—25 Comm.—comm.

---

14 hominem A^A || **15** epitafion ago aquo: *corr. Turnebus Adv. XXIX, 20* || **15—16** quom q. certassit a. bellissumo *Mu. post Ries., Barth., Gulielmum* || **16** quam *ed. princ.*: quarum || **17** masulus A^A || illa uxorem LB^A: illa uxore A^A: *corr.* E^1 || **18** VI marco A^A || socis (-cius B^A) est hostibus socius: *corr. Bentin.*: socius es? hostibus socius *Havet.* || **19** generis B^A || asseras E^1 || **20** (*reliqua pars columnae vacat in GE, ut a nova columna nova series incipiat*) *mancum esse hoc capitulum credidit ille qui saeculo XI^mo^ haec in marg. codicis B ad v. 8 scripsit*: de B. cuius consequentia vitio scriptorum male curtata sunt || *om.* $A^A E^1$ || **21—23** *cf. 40. 26* (*s. v.* infabre) || **22** pristem *Quich.* || subinis *Ribb.*: sabinus: navibus *codd. 40* || **23** novam figura A^A: novam figuram LB^A || fatam L^1A^A || **25** fiet et L^1 || nunc vis te *Vahlen.*: nonvis te LB^AD^A: novis te A^A: *fort.* novisti || **29** secundas cal. L^1A^A: secunda is cal. B^A || apposuit *codd. Cic.*

qui illam hereditatem Veneri Erycinae conmissam esse 30
dicerent'. || Conmittere, facere. M. Tullius in Verrem
actione III (Div. 35): 'ego etiam quae tu sine Verre
conmisisti Verri crimini daturus sum'. — Vergilius
Aen. lib. I (231): ||

quid meus Aeneas in te conmittere tantum? 1

Lucilius lib. XXVIII (48):

cónmovet se núsquam neque conmíttet ut pereát sibi.

|| Conmittere dicitur initiare. Vergilius lib. V (113):

et tuba conmissos medio canit aggere ludos. 5

Varro Endymionibus (102): 'discumbimus murrati.
dominus maturo *ovo* cenam conmittit'. || Conmittere,
credere, permittere. Vergilius lib. IX (675):

portam, quae ducis imperio conmissa, recludunt.

Terentius in Eunucho (832): 10

ovem conmisisti lupo.

Lucilius lib. XXX (1):

qui sua conmittunt mortali claustra Camenae.

idem lib. XXVI (68):

át enim dicis, clándestino tíbi quod conmissúm foret, 15
né muttires quícquam nec mystéria ecferrés foras.

---

31 Comm. facere; 34—1 Virg.—tantum; 4—5 Comm.—ludos; 7—8 Comm. cred. perm.; 10—11 Ter.—lupo.

31—32 *cf. 279. 5* || **32** actione (tertia *secl.*) *Mu.*: Divinatione *Me.*: *fort.* actione I || **3** committit *Quich., Lachm. post hunc versum stant vv. 14—16* || **6—7** *cf. 282. 3* (*s. v.* dominus); *349. 13* (*s. v.* maturum, mite, coctum) || mussati do. *codd. 282, 349*: multi dominus *L B*^{A} *ut vid.*: multitudo minus *A*^{A}: *corr. On.* || **7** maturo ovo ad cenam *codd. 349*: matura cenam *codd. h. l.*: mandarenam *codd. 349* || committis (conm.) *codd. h. l.* || **11** o. l. commisti *Ter.* || **13** qui *E*^{1}: quia *rell.*: quoi Mu. || **14—16** post *v. 3: huc traiec. Quich.* || *cf. 38. 17* (*s. v.* clandestino) || **16** nem *codd. 38* || *muttiris L A*^{A} || neu *codd.* 38.

M. Tullius de Officiis lib. II (2): 'quamdiu res publica per eos gerebatur quibus se ipsa conmiserat'.

CONFVTARE, commovere. Titinius Setina (128):

cocu' mágnum aenum, quándo fervit, paúla confutát trua.

|| Confutare, opprimere, convincere. Terentius in Phormione (477):

. . . confutávit verbis ádmodum iratúm patrem.

CONDERE significat abscondere. Vergilius Aeneidos lib. II (401):

scandunt rursus ecum et nota conduntur in alvo.

|| Condere, constituere. Sallustius in Catilinae Bello (6, 1): 'urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani'. || Condere, consecrare. Vergilius Aen. lib. III (67):

1 animamque || sepulchro
condimus.

|| Condi, potiri. Vergilius lib. VII (303):

optato conduntur Tibridis alveo.

COLERE est venerari. Vergilius lib. XI (785):

summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
quem primi colimus.

|| Colere, exercere, ut rustici. Vergilius Georgicon lib. II (36):

fructusque feros mollite colendo.

---

19 Conf. comm.; 21—3 oppr.—Virg.; 4—5 opt.—ven.; 8—10 Col.—inhabitare.

---

18 se *om.* LA^A || (commisa erat L^3) || 19—20 *cf. 87. 11; 19. 17* (*s. v.* trua); *503. 3* (*s. v.*[e] fervit) || 19 Conmutare L^1 || 20 etnum (aet-) LA^A || rua (*praec.* t) A^A || 21 reprimere *Quich.* || 22 *post hunc v. stant 252. 34—37* Capere, inplicare—depressam || 24 secum A^A || 3 Condere: *corr. Quich.* || poliri L^1 || 7 primo A^A (*non B*) || 8 verg. aen. con (*ex* verg. aen. l con) L || I.

|| Colere, inhabitare. Vergilius Aen. lib. III (111): 10
hic mater cultrix Cybeli.

et rursum (211):

quas dira Celaeno
Harpyiaeque colunt aliae.

Plautus in Asinaria (298): 15
ó catenarúm colone!

et in Aulularia (3):

hánc domum
iam múltos annos ést ut possideo ét colo.

Varro Endymionibus (101): 20
ut Mercurium Arcadon colonum.

idem Eumenidibus (130):
ut Naides undicolae.

|| Colere, diligere. Vergilius [in] Bucolicis (III, 61):
ille colit terras, illi mea carmina curae. 25

idem et lib. IV (Aen. 421):

solam nam perfidus ille
te colere.

Terentius Heautontimorumeno (389):
quíppe forma inpúlsi nostri nós amatorés colunt. 30

8—10 Col.—inh.; 18—19 Plautus hanc—colo; 24 Col. dil.; 29—30 Ter.—colunt.

---

11 (hinc *B cum Verg.*) || 13 quas *om.* A^A || 16 o $E^1 A^A$: a $L B^A$ || colenae B^A || 19 est cum *codd. Pl.*: et D^A || 21 uti *Mu.* || 22 fidem $L^1 A^A$ || in Eum. B^A || 23 undiculae A^A: -cale L^1 || 24 *in om.* A^A || 26—27 *cf.* 32. 6 || 26 et] Aen. Quich. || 29 *nostra codd. Ter.*

Lucilius lib. XXVI (20):

quáre hoc colere est sátius quam illa stúdium omne hic consúmere.

|| Colere, ornare. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (525): 'at in segetibus post messem colligebant stramenta, quî domicilia colerent'. || Colere, pati. Terentius Heautontimorumeno (136):

dúm ille vitam illám colet

inopém, carens patria.

CEDERE significat secundum consuetudinem abire superatum et locum victori dare. Vergilius lib. XII (184):

convenit Euandri victos discedere ad urbem.

et lib. V (467):

cede deo.

Lucilius lib. XXX (70):

quandoque pudor ex pectore cessit.

M. Tullius de Officiis lib. II (40): 'cui quidem exercitus nostri imperatoresque cesserunt'. || Cedere, succedere. Vergilius lib. XII (183):

cesserit Ausonio si fors victoria Turno.

|| Cedere, dari. Vergilius lib. XI (320):

haec omnis regio et celsi plaga pinea montis cedat amicitiae Teucrorum.

et lib. XII (17):

aut habeat victos, cedat Lavinia coniunx.

38—39 Ced.—dare; 42 Virg. c. d.; 45—47 M. Tul.—Turno.

---

32 statius A^4 || illo (?) *Mu.*: illam *Me.* || 33—37 *stant post 251. 36: huc traiec. ed. princ.* || 34 pomessem A^4 || 39—40 *cf. 271. 13* || 44 pudore ex: *corr.* E^1 || 45 quidam $A^4 D^4$ || c. qu. etiam ex. *Cic.* || 47 *cf. 271. 13* || uictori $L^1 A^4$ || 48 dare: *corr. ed. a. 1476* || 52 abeat victus B^4 (*cum B*).

|| Cedere, recedere. Lucilius lib. XXVIII (18):

vel si || álio opus sit, fóre, si hinc aliquo césseris. 1

|| Cedere, obsequi. Vergilius Aen. lib. III (188):

cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur.

et lib. II (703):

vestrum hoc augurium vestroque in numine Troia est. 5
cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.

|| Cedere, evitare. Vergilius lib. V (445):

celerique elapsus corpore cessit.

|| Cedere, incedere. Plautus in Aulularia (517):

iam hosce ábsolutos cénseas: cedúnt, petunt. 10

Varro Parmenone (393):

cédit vélócibús iúveni' mémbrís levís
nítidus óleó.

CVRSVS est pedum velocitas. Vergilius lib. V (291):

hic qui forte velint rapido contendere cursu. 15

|| Cursus, volatus. Vergilius lib. VI (194):

este duces, o, siqua via est, cursumque per auras
dirigite in lucos.

et Bucolicis (VI, 80):

quo cursu deserta petiverit. 20

|| Cursus, navigatio. Vergilius Aen. lib. III (337):

sed tibi qui cursum venti, quae fata dedere?

53—3 Ced.—seq.; 7—8 Ced.—cessit; 14—16 Curs.—vol.; 20—21 Virg. quo—navigatio.

---

53 Concedere *L* || **1** fores hinc $A^A D^A$ || **3** monitis D^A || **10** iam *Pl.*: im || absolutus $E A^A B^A$: -tos L^1 || Cedunt (*nov. lemm.*) $L A^A$.

M. Tullius de Officiis lib. III (50): 'navisque cursu, frumento onustas, petentis Rhodum viderit'.

25 CASTIGARE est increpare vel reprehendere. Vergilius lib. V (387):

hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

Terentius Heautontimorumeno (592):

sérvas, castigás, mones.

Cicero de Oratore lib. I (185): 'et quoniam de
30 inprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem'. — et Tusculanarum lib. V (4): 'sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo'. || Castigare, vindicare, punire. Vergilius lib. VI (567):

35 castigatque auditque dolos subigitque fateri.

|| Castigare, expedire. Vergilius lib. IV (407):

castigantque moras: opera omnis semita fervet. ||

1 CARPERE, adtenuare, aperire. Vergilius Georg. lib. I (390):

ne nocturna quidem carpentes pensa puellae
nescivere hiemem.

et lib. IV (334):

5 eam circum Milesia vellera nymphae
carpebant, hyali saturo fucata colore.

23—26 M. Tul.—Ac.; 29—30 Cic.—segnitatem; 33—2 Cast.—puellae.

---

23 navisque in cursu *codd. Cic.*: quae cursu || **24** petentibus || **25—26** *cf. 314. 35* || **25** II A^A || **26** his *codd. h. l.* || acestis (*corr.* BE^2) || **29—30** *cf. 174. 26* || **29** et quo D^A || **30** impudentia *Cic.* || **31** sed in hoc me ipse H^3: sed in hoc ipse me *ut vid.* L^1: sed hoc in me ipse $A^A B^A$ || **33** rob.] probare A^A || **34—35** *cf. 401. 17* || **37** (opere B^1 *cum codd. Verg.*) || *post v. 36 stant 250. 33 sqq.* || **1** aperire *secl. Mu.* || **2** ne L *ante corr.*: nec *rell.* || **6** satro $L^1 A^A$.

|| Carpere, auferre, decerpere. Vergilius in Bucolicis (IX, 50):

insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.

Lucretius lib. IV (3):

iuvatque novos decerpere flores. 10

Vergilius *Georg.* lib. III (215):

carpit enim vires paulatim uritque videndo
femina.

|| Carpere, celeriter praeterire. Vergilius Georgicon lib. III (141):

et acri 15

carpere prata fuga.

idem in eodem libro (191):

carpere mox gyrum incipiat.

Lucilius lib. XXIX (51):

hiemem únamquamque cárpam. 20

|| Carpere, pascere. Vergilius Georg. lib. III (325):

carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.

CVNCTARI est dubitare, [dissipare]. Vergilius lib. VIII (388):

cunctantem amplexu molli fovet.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 3): 'sed 25 cito paenituit, domumque rediit; ceteri cunctabantur'.

7—8 Carp.—nepotes; 14—16 Carpere—fuga; 23—26 Cunct.—cunctabantur.

---

8 inseret A^A: inferet L || 10 iuvantque || 11 *add. Me.* || 16 pata A^A (*non B*) || 17 in eo (eodem *B*) libro: in eodem *ed. princ.* || 18 guirum L^1: virum $A^A B^A$: *corr.* E^1 || 21 IIII $L A^A$ || 23 diuitare L^1 || diss. *om.* $L^1 D^A$: deliberare *Mu.* || lib. VIII georg. lib. IIII A^A (= *Gen.*): georg. lib. IIII L (*cum B*): [illegible] lib. VIII B^A: *corr. Mu.*

|| Cunctari est manere. Vergilius Georg. lib. IV (107):
non illis quisquam cunctantibus altum
ire iter aut castris audebit vellere signa.

30 et Aen. lib. IV (133):
reginam thalamo cunctantem.

|| Cunctari, curationem differre. Vergilius lib. VI (846):
qui nobis cunctando restituit rem.

CAPERE, inplicare, inpedire. Vergilius Georg. lib. I (183):
35 aut oculos capti fodere cubilia talpae.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 63): 'non ceperunt, sed abduxerunt onere suo plane captam atque depressam'.

|| Capi, propitiari. Lucretius lib. I (49 = II, 651):
nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

40 || Capere, facere. Terentius in Andria (695):
non sí capiundos míhi scio esse inimícos omnis hóminis.

|| Capere, perpeti. Terentius Heautontimorumeno (399):
. dum ábs te absum, omnes míhi labores *fuére,* quos cepí, leves.

|| Capere est tollere, tenere. Vergilius Georg. lib. III (420):
1 cape || saxa manu, cape robora, pastor.

et lib. IV (396):
hic tibi, nate, prius vinclis capiundus.

32—37 Cunct.—depressam; 44—1 Cap.—pastor.

---

29 velleres s. $L^1 A^A$ || 32 cum ratione *Lips. epistol. quaest. V, 12* || deferre $B^A D^A$ (*cum B*) || 33 unus qui *Verg.* || (restituis *B cum Verg.*) || 34—37 *post 249. 22: huc traiec. Mu.* || 35 oculis D^A (*cum Gen.*[2]) || fondere $L^1 A^A$ || 36 *cf. 253. 32* || 37 honore $A^A D^A$ || 38—39 *cf. 408. 23* || 38 I $A^A E$: II $L B^A$ || 39 capiuntur $L A^A$ || 41 sciam *Ter.* || 43 nam dum *Ter.* || abores $L^1 A^A$ || fuere *om.*

Varro Meleagris (298): 'quem idcirco terra non cepit et caelum recepit'. — Varro Eumenidibus (155): 'stolam calceosque muliebris propter positos capio'. 5

|| Capere, eligere. Terentius in Hecyra (537):

cúm illum generum cépimus.

Vergilius Georgicon lib. II (230):

ante locum capies oculis.

|| Capere, delectare. M. Tullius de Officiis lib. III (15): 'quod insit aliquid probi, quod capiat ignaros'. — 10

Vergilius Georg. lib. IV (348):

carmine quo captae.

et lib. VIII (311):

Aeneas capiturque locis.

M. Tullius in Philippicarum I (33): 'non possum adduci ut suspicer te pecunia captum'. — Lucilius lib. XXVI (3): 15

nunc itidem pópulo istum scriptóribus.
vóluimus capere ánimum illorum.

|| Capere, sustinere, habere. Vergilius lib. VIII (363):

haec illum regia cepit. 20

Terentius in Heautontimorumeno (254):

dí boni! quid túrbae est! aedes nóstrae vix capiént, scio.

5—6 Varro stolam—eligere; 8—9 Virg. ante—oculis; 19 Cap.—habere.

---

4 *cf. 384. 2* (*s. v.* recipere) *fort. secludend.* || 6 positas: *corr. Iun.* || 10—11 M. Tull.—ignaros *post v. 9: huc traiec. Quich.* || 11 in his a. *codd. Cic.* || probri A^A || 12 quod A^A (*non B*) || 16 ut E^1: et $L\,A^A B^A$ || suspicere (suscipere $L\,B^A$) pecuniae || 17 istidem A^A || populo '*concilio*' (*cf. 39, 31*) *tuetur Os.* || populum aucupamur istis cum scr. *Mu.*: *fort.* palpo istimodi (*vel* is cum) scr. || 18 volumus A^A || capier (?) $M^{\cdots}$ || 22 suo A^A.

M. Tullius de signis (in Verr. II, iv, 7): 'tot domus locupletissimas domus istius una capiet?' || Capere, decipere, circumvenire. Vergilius Aen. lib. II (196):

25 captique dolis lacrimisque coacti.

Lucilius lib. XXVII (26):

át metuis porró ne aspectu et fórma capiare áltera.

M. Tullius in Hortensio (63): 'captum me fortasse, inquit, putas et id, quod nollem, confiteri coactum'.
30 || Capere, occupare, detinere. Vergilius Aen. lib. II (64):

certantque inludere capto.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 63): 'navem quandam piratarum, praeda refertam, non ceperunt, sed abduxerunt'. — Varro in Meleagris (297): 'quid hic
35 venator non cepit?' || Capere, satiare. Vergilius Georg. lib. IV (332):

tanta meae si te ceperunt taedia laudis.

1 || Capere, accipere. Vergilius Aen. || lib. II (717):

tu, genitor, cape sacra manu patriosque penates.

et lib. III (488):

cape dona extrema tuorum.

5 Terentius in Phormione (789):

nam ex his praédiis talénta argenti bína statím capiebat.

Lucilius lib. XXVI (83):

málisne esse? laútum e mensa, púere, capturú's cibum?

23—24 M. Tul.—capiet; 30—34 Cap.—adduxerunt.

---

25 coactis *Verg.* || **33** quendam D^A (*non Oxon.*) || **33—34** (non — abd.) *cf. 252. 36* || **34** adduxerunt D^A || **34—35** hicoenator $L^1 A^A$: hic venator $B^A E$: (hic cenator L^5) || **5—7** *cf. 393. 9* || **6** praedis (pre.) latent argenti moeniae nam || **8—9** *cf. 337. 13* (*s. v.* lautum, mundum) || **9** malis necesse *codd. h. l.*: malis necesse est *codd. 337*: *correxi* || iautum A^A: lutum $L B^A$: lautum *codd. 337* || purae *codd. h. l.*: pure *codd. 337* || captivus *ex* captuvus *L*.

M. Tullius in Hortensio (51): 'deinde boni mores et modestiores et ad capienda praecepta molliores'.

Plautus in Aulularia (798):

nám tua gnata péperit decimo ménse post: numerúm cape.

Varro Quinquatrubus (443):

cape hánc caducam Líberi mollém dapem.

|| Capere, conplecti. Varro Marcipore (273):

Propóntis unda quám liquenti caérula
natántem . . . . perfundít, cape.

|| Capere, invenire. Terentius Heautontimorumeno (964):

rátionem cepi, út neque egeres néque ut haec possis pérdere.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 140): 'reiecti a Chelidone capiunt consilium necessarium'. — et de Officiis lib. III (40): 'cum autem consilium hoc principes cepissent'.

CORRIPERE, conprehendere. Vergilius Georg. lib. IV (405):

verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis.

|| Corripere, contorquere. Vergilius Aen. lib. I (45):

turbine corripuit.

|| Corripere, excutere. Vergilius Aen. lib. III (176):

corripio e stratis corpus.

QVASSATVM est conlisum et non integrum. Vergilius Aen. lib. IV (53):

quassataeque rates.

23—24 Corr.—ten.; 27—28 Corr.—corpus.

---

12 capere *L* || 13—14 *cf. 71. 12* || 15—17 *post v. 31: huc traiec. ed. princ.* || 16 propintis: *corr. ed. a. 1471* || qua *Gerlach.* || linquenti (*corr. B*) || caerulo *Iun.* || 17 capit *Mu.* || 18—22 *post* paeniteat *v. 42: huc traiec. ed. princ.* || 19 r. cape (capere *L*): cepi r. *Ter.* || egeris || posses (-sis) *codd. Ter.* || 20—21 r. achillidone A^A || 21 et] est A^A || 22 principis || 23—24 *cf. 411. 41* || 24 ubi ego co. $L\,A^A$ || (29—34 omissis 35—36 post 272. 26 B) 29 *Quassum: corr. Quich.* || 31 post hunc v. stant vv. 15—17

|| Quassare est movere. Vergilius lib. VI (587):

et lampada quassans

per Graiûm populos.

35 Plautus Milite (Epid. 432):

qui súam undantem clámidem quassandó facit.

CERTARE significat altercari, contendere. Vergilius in Bucolicis (VIII, 55):

certent et cygnis ululae.

40 || Certare, praevenire. Vergilius Aen. lib. I (548):

officio nec te certasse priorem

paeniteat. ||

1 CREPARE est sonare. Plautus in Menaechmis (909):

"díc mihi, en umquam íntestina *tíbi* crepant, quod séntias?" – "úbi satur sum, núlla crepitant; quándo esurio, túnc crepant."

Vergilius Georg. lib. I (85):

5 atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.

Terentius in Phormione (840):

sed óstium concrépuit. nihil ad té.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 31): 'locum illum litoris percrepare totum muliebribus vocibus cantuque 10 symphoniae'. — Lucilius lib. XXVI (57):

pércrepa pugnám Popili, fácta Cornelí cane.

37—1 Cert.—son.; 5—10 Virg. atque—symphoniae.

---

35 Mil. (852 *vel* 856) *Reblin. p. 14* || **36** suam qui *Pl.* || fecit || **37** altercari] alter altari L^1 || **42** *post hunc v. stant 254. 18—22, tum 257. 1—4* || **2** tibi *om.* || **3** tum *codd. Pl.* || **7** quid ad te D^A || PH. sed ostium concrepuit abs te. ANT. Vide quis egreditur. PH. Getast *Ter. Idem* (*Andr. 682*) DA. concrepuit a Glycerio ostium | PA. Nihil ad te. || **9** mulierum *codd. Cic.* || **10—11** *post v. 18 collocat Mu.* || **11** pompili: *corr. Gerlach. praef. Lucan p. 32; Lachmann comm. Lucr. 329.*

Varro in Eumenidibus (124):

. . propter percrépi' vocibu' volitáns aureis vulgí . .

Sisenna Historiarum lib. IV (64): 'conglobati et conlecti concrepant armis'. || Crepare significat rursum queri vel dolere. Horatius Carminum lib. I (XVIII, 5):

quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?

Lucretius lib. II (1168):

et crepat, anticum genus ut pietate repletum.

|| Crepare iterum incantare. Turpilius Paedio (166):

áge [tu], hymenaeum íncrepa.

|| Crepare, frangi. Vergilius lib. V (205):

et acuto in murice remi
obnixi crepuere.

|| Crepare, ferire. Ennius in Thyeste (296):

sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

M. Tullius de Officiis lib. III (75): 'itaque si vir bonus habeat hanc vim ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius inrepere'.

CONPARARE est sociare, coniungere. Accius in Amphitryone (90):

quín meum senium cúm dolore túo coniungam et cónparem.

Plautus in Asinaria (668):

prehénde auriculis, cónpara labélla cum labéllis.

15—17 Crep.— crepat; 22—24 Crep.— crep.; 30 Comp.— coni.

---

12 (in *om.* *G*) || 17 mollitiem (-ciem): -tiam (*Gen.*) *vel* -tiem (*B*) A^A || 19 crepanticum A^A || 21 age A^A: age tu $L B^A$ || 22—23 *cf.* *461. 33* || 29 increpere (-are) A^A || 31 meam: *corr.* E^1 || comparem (*B Gen. ex corr.*) *vel* compararem (*Gen. ante corr.*) A^A.

255. 256 M.

|| Conparare, adaequare. M. Tullius ad Caesarem || [iuniorem] lib. I (fr. 4): 'neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut anteposuissem umquam aut etiam conparassem'. — Terentius in Eunucho (680):

au!
ne cónparandus híc quidem ad illum est.

|| Conparare, conponere, machinari. Sisenna Historiarum lib. IV (111): 'eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis conparaverunt'. || Conparare veteres confirmare et constituere dixerunt. Terentius in Eunucho (47):

an ita me cónparem,
non pérpeti meretrícum contumélias?

idem in Andria (627):

út malís gaúdeánt átque ex íncómmodís
álteriús sua út cónparént cómmodá.

Titinius Gemina (56):

ergo ut sua sérvet dona, nóbis faciundum ést ita,
ut cum ea primum blanditer conparemus conloqui.

Accius Eurysace (371):

níhil est. si autem ad té ire tardat, sóciûm in portu est cópia,
quaé subsistat; módo tute ipse té confirma et cónpara.

34—3 vel adaeq.—comp.; 7—10 Comp.—dixerunt.

---

1 iuniorem B^A: *om.* $L^1 A^A D^A$ || 4—6 *cf. 496. 12* || 5 aut *codd. utrobique* || 6 me $L A^A$ || 11 an potius ita *Ter.* || compararem A^A || 14 ut E^1: aut $L A^A B^A$ || incommedis (*om.* ex) L^1: in excommodis A^A (= *Gen.*[1]) || 17 uti (?) *Mu.* || servat: *corr.* E^1 *ut vid.* || sua sibi serv. bona *On.* || taciendum L^1 || 18 *cf. 510. 5* (*s. v.* blanditer) || b. nos conp. *Ribb.* || conloquia (*seq.* a) *codd. h. l.* (*sed* conloq., *i. e.* conloque L^1) || 19 in seurysace A^A || 20 ad te retardat: *corr. Lips.*: ad te res tardat *Both.* || in promptust *Both.* || 21 te effirma: *corr. Quich.* || tete *Both.*: ted *Ribb.* || offirma *Lips.*

idem in Tereo (634):

atque íd ego semper síc mecum agito et cónparo,
quo pácto magnam mólem minuam . . .

Turpilius in Lemniis (99): 25

numquam únius me cónparavi sérvire elegántiae.

M. Tullius de Republica lib. VI (1): 'quam ob rem se conparet hic civis ita necesse est, ut sit contra haec, quae statum civitatis permovent, semper armatus'.

Afranius Epistula (116):

nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi: 30
quóniam conparátum est, uno ut símus contentaé viro.

|| Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (86): 'omnis auctoritas philosophiae consistit in beata vita comparanda'. || Conparare, emere. Terentius in Heautontimorumeno (855):

des quî aúrum et vestem atque ália quae opu' sunt cónparet. 35

|| Conparare iterum aestimare. Accius Epinausimache (309):

proin tu íd cui fiat, nón qui faciàs, cónpara.

|| Conparare, adparare. M. Tullius in Verrem actione II (I, 65): 'ut erat inter suos copiosus, convivium

---

25—26 Turp.—eleg.; 33—35 Cic. omnis—comparet.

---

23 mecum sic: *corr. Voss.* || **24** magnam olem nimiam (m. o. magnam n. *Gen.*[1]): *corr. ed. princ.* || **26** n. me un. D^A || elegantiam (elig-) D^A || **28** hic *del. Mu.* || cuius A^A || necest ut: *corr. Iun.* || sint: *corr. ed. princ.* || haec *om.* A^A || **29** movent *vel* permutent *Mu.* || armatos A^A || **32** Comparare, parare, acquirere *praemittit Quich.* || **33** constitit LB^A || **35** des quî a. *Ter.*: discubia a. LB^A: dicubia (dic ubi B) a. A^A: a. (*om.* d. q.) D^A || **36—37** *post 257. 10*: *huc traiec. ed. princ.* || **38—39** *post 258. 16*: *huc traiec. ed. princ.* || **39** e. inprimis int. *Cic.* || convium A^A (*non* B).

40 conparat'. || Conparare, dare. M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 118): 'ex omni gemitu ac dolore certa merces conparabatur'. ||

1 CONPONERE, finire. Vergilius Aen. lib. I (374):

ante diem clauso conponet Vesper Olympo.

et in Bucolicis (III, 108):

non nostrum [est] inter vos tantas conponere lites.

5 || Conponere, reficere, recreare. Vergilius Georg. lib. IV (438):

vix defessa senem passus conponere membra.

idem Aen. lib. I (249):

nunc placida conpostus pace quiescit.

|| Conponere, lenire. Vergilius Aen. lib. I (135):

10 sed motos praestat conponere fluctus.

|| Conponere, disponere, constituere. Vergilius Aeneidos lib. III (387):

quam tuta possis urbem conponere terra.

M. Tullius de Officiis lib. III (80): 'atque quod communiter conpositum fuerat solus edixit'. — Sisenna 15 Hist. lib. IV (63): 'exercitum dispertiunt, ad confligendum se conponunt'. || Conponere rursus significat conparare. Accius in Armorum Iudicio (147):

quid est cúr conponere aúsis mihi te aut mé tibi?

1—6 Comp.—membra; 9—12 Comp.—terra.

40—42 *post 261. 35*: *huc traiec. ed. princ.* || (41 omni *supra add. in Gen.*) || 1—4 *post 254. 42*: *huc traiec. ed. princ.* || 4 non] nec D^A || (est *om. B cum Verg.*) || 10 motus $A^A D^A$ || *post h. versum stant 256. 36—37* || 12 tutam: *corr.* E^1 (*cum B*) || possit u. (*ex* possit superbem *L*) $L A^A$ (*non B*) D^A || terram $L A^A$ (*non Gen. ex corr., B*) D^A || 13 IIII: *corr. E* || atque: idque *codd. Cic.* || quod *om.* A^A || 14 dixit || 16 se *Iun.*: sit: *fort.* sic || componunt *Me.*: conparant (comp.) || 17 cur *om.* A^A (*cum con.*).

Lucilius Satyrarum lib. IV (16):

Samnis, spurcus homo, vita ista dignu' locoque,
cum Pacideiano conponitur, optimu' multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

Sallustius in Iugurtha (48, 1): 'ubi Metelli dicta cum factis conposuit'. — Vergilius Georgicon lib. IV (176):

non aliter, si parva licet conponere magnis.

|| Conponere, ornare. Vergilius Georg. lib. IV (417):

dulcis conpositis spiravit crinibus aura.

|| Conponere, colligere. M. Tullius in Verrinis, in Divinatione (47): 'si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio qui ex alienis orationibus conpositum dedit'.
|| Conponere, simulare vel fingere. Accius Agamemnonidis (45):

sic
multi, ánimus quorum atróci vinctus málitia est,
conpósita dicta e péctore evolvúnt suo;
quae, cúm conponas dícta factis, díscrepant.

Sallustius in Iugurtha (85, 31): 'non sunt composita verba mea. parvi id facio. ipsa se virtus satis ostendit'.
|| Conponere, coniungere. Vergilius lib. VIII (486):

conponens manibusque manus atque oribus ora.

---

25 Componere ornare; 30 Componere—fingere; 35—41 Sall.—compono.

18—21 *cf. 393. 33* (*s. v.* spurcum) || **19** ista: illa *codd. 393; Cic. Tusc. II, 41; Orat. 161* || d. homo secum *codd. h. l.* || **20** pacideiane (-nec A^A) *codd. h. l.* || **23** cum ftacis (*Gen.*[1]) *vel* confractis (*B*) A^A || **25—26** *cf. 245. 22* || **26** dacis A^A (*non B*): dicis *L* || **27—28** in Verrem Divinatione *Quich.* || **30—46** *post 260. 21* || **31** sic *del. Voss.* || **32** multi *del. Iun.* || militia A^A || et L^1 || **36** se *om.* $L A^A D^A$ || **37** VIIII.

Lucilius Satyrarum lib. VIII (3):

cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
fictricis conpono, hoc est cum *ψωλοκοποῦμαι*.

idem in eodem (5):

tum latu' conponit lateri et cum pectore pectus.

Sallustius Historiarum lib. III (IV, 53): 'suspectusque fuit, incertum vero an per neglegentiam, societatem praedarum cum latronibus conposuisse'. || Conponere pro redimere. Sallustius lib. I (63): 'quin lenones et vinarii laniique *et* quorum praeterea vulgus in dies usum habet pretio conpositi'.

CALX est finis. Lucilius Satyrarum lib. VII:

hoc est cum ad *calcem* * * *

Vergilius lib. V (324):

calcemque terit iam calce Diores.

CALLET significat scit, hoc est, calliditate, quae est urbana scientia. Accius Aegistho (27):

35—41 Sall.—compono; 53—56 Call.—mulieres.

39—41 *cf. 308. 21* (*s. v.* fingere, lingere) || **40** ploco A^A || p. eodem obvio (obvic A^A) *codd. h. l.* (c. p. eodem *om.* D^A) || **41** fictrices *codd. 308*: *om. codd. h. l.* (*propter homoeotel.*) || *ψωλοκοποῦμαι Iun.*: ipso loco pomas (*cf. codd. 308*) || **43** tum *I. Dousa*: tuum: cum *Mu.* || latum: *corr.* E^1 || latere *Mu.* || **44** III A^A: IIII LB^A || **45** an *Iun.*: ac || propter *Dietsch.* || **46** praedare *L* || -set: *corr. Iun.* || **46—48** *post 264. 19*: *huc traiec. ed. princ.* || **47** quin B^A: cum A^A (*pro* qum): quum *L* (*pro* qum) || **48** umarii A^A || et *add. Mu.* || diem *ed. princ.* || **49—53** Calx est finis. lucilius satyrarum lib. VII hoc est cum ad aeneidos lib. V calcemque etc. A^A (= *Gen.*): Calx est finis. luc. sat. lib. VII calcemque etc. *L* (*cum B*): Calx est finis. virg. lib. V calcemque etc. B^A *In archetypo interciderant haec* Vergilius lib. V *cum reliqua parte versus Luciliani propter homoeotel.* || CALX, extrema pars pedum, terrae proxima. Verg.—Diores *Quich.* (*ex* 29. 11), *qui haec ante vv. 48—49 collocat* || **50** calcem *add. On.* || **51—52** *cf. 29. 12; 415. 2* || *53 h. e. a call.* D^A || hoc est *secl. Mu.* || **54** urbane *Mu.*

melius quám viri 55
cállent mulieres.

Afranius Abducta (3):

néscis num eri mei ómnem melius cálluerint rem quám volo.

Pacuvius Atalanta (74):

. . . omnes quí, tamquam nos, sérviunt ‖ 60
sub régno, callent dómiti imperium métuere. 1

Serenus in Opusculis (13):

callet senium arte bibendi.

Accius Aeneadis aut Decio (8):

quó periti súmus in vita atque úsu callemús magis. 5

idem [in] Neoptolemo (475):

sátin astu et falléndo callet?

Sisenna Historiarum lib. III (44): 'Lucium Memmium, socerum Gai Scriboni, tribunum plebis, quem Marci Livi consiliarium fuisse callebant et tunc Curionis oratorem'. 10 ‖ Callet etiam dictum a callositate. Caecilius in Asoto (14):

tu iám callebis; ílle festus désidet.

Plautus in Persa (304):

. . . . plus cálleo quam aprúnum callum cállet.

53—56 Call.—mulieres; 2—3 Ser. in opusc.—vivendi; 11 Call.—call.; 14—16 Plautus plus—sinam.

---

58 Numeri (*voc.*) *Me.* ‖ meo o. A^A: me o. *Ribb.* ‖ calli rem: *corr. On.*: rem callere *Ribb.*: -ri *Mu.* ‖ 1 domitum imperio (-um *B*): *corr. On.*: dominum i. *N. Faber* ‖ metueres A^A (*seq.* s) ‖ 3 callent B^A ‖ vivendi: *corr. Bentin.* ‖ 5 quo *On.* ‖ 6 ineopt. LA^A: in n. B^A ‖ 7 saginas tu L^1A^A ‖ 8 Lucium *Roth.*: lucilium ‖ 9—10 marcili (marcelli *L ex corr.*) VII cons. ‖ 10 auratorem *L*: hortatorem *Mu.* ‖ 12 tum: *corr. ed. princ.* ‖ festum *Palmerius* ‖ 14 magis calleo codd. Pl. ‖ aprunum $L^1A^AD^A$: aprinum B^A.

258 M.

idem in Poenulo (578):

quíd opus verbis? cállum aprunum cállere aeque nón sinam.

[CONSTITVERE est disponere. Vergilius Aen. I (308):

hominesne feraene,

quaerere constituit.]

CONTENDERE, festinare. Vergilius Aen. lib. I (157):

quae proxuma litora cursu

contendunt petere.

M. Tullius in Verrinis, actione II (I, 67): 'haec ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad aedis contendit, ut et vitae patris et pudicitiae sororis succurreret'. || Contendere, intendere. M. Tullius in Hortensio (29): 'magna etiam animi contentio adhibenda est in explicando Aristotele, si legas'. — Cicero Tusculanarum lib. II (54): 'ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis obprimunt'. || Contentio est perseverantia vel elatio. M. Tullius de Officiis lib. I (146): 'ex contentione vocis et summissione et ceteris similibus facile iudicabimus'. || Sallustius Historiarum lib. IV (20): 'rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt'. || Contendere, adstringere, intorquere. Vergilius Georg. lib. IV (412):

tanto, nate, magis contende tenacia vincla.

14—16 Plautus plus—sinam; 20—22 Cont.—petere.

---

16 opust *codd. Pl.* || *post hunc v. stant 256. 38—39* || 17—19 *secl. Mu.* || *cf. 273. 9; 290. 29* || 17 componere A^A || 20—22 *leg. h. l. in libris; item cum 23—27* (. . si legas) *post 264. 9* (una): *hic reposuit Quich.* || *cf. 367. 5* || 27 in E^1: *om. rell.* || 28 Aristoteli *Orelli.*: -lem *Plasberg.* || leges LB^A || 28 (Cic.)—30 *post 259. 17* (arm. cont.): *huc traiec. Quich.* || 29—30 remissis opprimunt *Cic.*: pessimis (-mos A^A) obprimuntur (oppr-, opr-) (P *pro* R) || 32 ex sum. ex cet. *codd. Cic.* || 33 *cf. 234. 19* || III A^A (*non B*) || 35 Georg.] aen. *L* || 36 ten. v.] tenaautcla A^A, *etiam ut vid.* L^1.

Sisenna Hist. lib. IV (90): 'simul et tormenta contenduntur'. || Contendere significat conparare.

Plautus in Vidularia (fr. XII):

sígnum recte cónparebat: húius contendi ánulum.

Lucilius Satyrarum lib. I (24): 40

ut contendere possem
Thestiados Ledae atque Ἰξιονίης ἀλόχοιο.

idem lib. VII (4):

huncin ego umquam Hyacintho hominem, cortinipotentis deliciis, contendi? 45

Caecilius Titthe (221): ||

egon vitám meam 1
Atticam conténdam cum istac rústicana Sýra? . .

Licinius Macer in epistula ad senatum: 'illi suam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra sunt vulnera † vitae, novae cicatrici ut locus non sit?' — 5

Naevius in Lycurgo (36):

cáve sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi.

Accius in Tereo (647):

video égo te, mulier, móre multarum útier,
ut vím contendas túam *ad* maiestatém viri.

---

38 Cont. comp. certare (*cf. 259. 12*); 46—2 Caec.—syra.

---

37 et tormenia *L*: et armenia A^A: et *del. Mu.* || **39** conparabat (comp.) (-ebat *L ante corr.*) || **42** ixiones alcholocheo *L* B^A: eximone salcholocheo A^A: *corr. Me.* || **1** ego L^1 || **2** asticam *Bergk.* || ista D^A (*cum Gen.*[2]) || rusticina D^A || r. tua S. *Bergk., Quich.* || **3** licilius (luc-) A^A || **4** metum L^1: meae *On.* || contendant *On.* || quoius *Mu.* || **5** uitae *secl. Mu.*: *fort.* ullae (*dat.*) || lucus $L^1 A^A$ || **6** contenda syram $A^A L^2$ || **7—9** *cf. 519. 5* (*s. v.* multos, malos) || **7** a. in te in tereo *L ante corr.* || **8** more *om.* A^A || **9** vim *codd. 519*: cum (*corr. P*) *h. l.* || ad *om. codd. h. l.* || *fort.* maiestatei || viris *codd. h. l.*

Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (210): 'age nunc, contende alterum genus *φιλοθέωρον*, nequid ibi viderit melius'. || Contendere, certare. M. Tullius de Officiis lib. I (87): 'miserrima omnino ambitio est honorumque contentio'.

Vergilius Aen. lib. IV (107):

quis talia demens
abnuat aut tecum malit contendere bello?

Sallustius in Iugurthino Bello (13, 3): 'fretus multitudine militum parabat armis contendere'. || Contendere, continuare. Cicero de Oratore lib. I (261): 'id quod eius scripta declarant, et contentiones vocis et remissiones continerentur'. et de Oratore lib. III (224): 'nihil perniciosius quam ecfusa sine intermissione contentio'. || Contendere iterum significat extorquere. Cicero in epistula Cassi (ad Fam. XV, 14, 5): 'hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem'. — Accius in Eurysace (368):

† iam potero incipiam et si nequid, †
vi contendam, ut hinc conportet † texum Salaminem habeam. †

Turpilius Lemniis (92):

"habét potestatem" — "úbi?" — "potestatém senis.
pretió contendas, út redempto Phaédriae
liceát redire antíquam in consuetúdinem.

---

12 (*cf. ad 258. 38*); 16—20 Sall.—continuarentur.

---

11 filothoreon: *corr. Iun.* || ecquid *Vahlen.* || videris *Ribb.* || **12** contendere recertare A^A || **13** est amb. *codd. Cic.* || bonorumque || **16** in—fretus *om.* L^1: Sall.—bello *om.* A^A || **17** sperabat || *post haec verba* arm. cont. *stant 258. 28* (Cic.)—*30* || **18** II || **19** et c.] binae ei c. *codd. Cic.* || missiones L^1 || **20** continuarentur || **21** effusa *codd. Cic.*: et infusa || **22** ep. ad Cassium *Quich.* || h. ait ita || **23** in *om.* L^1 || **24** petere *Scriver., Guietus* || et si precibus perpetrari res nequit *Mu.*: *fort.* et si nequibo gratia || **25** hic B^A || comportem *Bue.*: parentem *Mu.* || tecum *Grotius* || aveham *Bue.* || **26** lemonis: *corr. Ald.* || **27** habes *Ribb.* || ubi petes tantum *Mu.* || *fort.* h. p. verbi || **28** pretium *Mu.* || fedria: *corr. Grautoff.* || **29** antequam A^A (= *Gen.*).

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (450): 30
et petere imperium populi et contendere honores.

M. Tullius de Officiis lib. II (71): 'extremum ‖
autem praeceptum in beneficiis operaque danda, nequid 1
contra aequitatem contendas'. ‖ Contendit proripuit
vel direxit significat. Vergilius lib. V (520):
qui tamen aerias telum contendit in auras.

Licinius Macer (24): 'quo die magistratum obiit, 5
repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit'.

Turpilius Philopatro (177):
em méas fortunas, máter! em qua caúsa huc opere máxumo
conténditur!

Pacuvius Duloreste (151): 10
nihil cóniectura quívi interpretárier
quorsum † flexivice contenderet.

M. Tullius de Republica (I, 16): 'sed audisse te
credo, Tubero, Platonem Socrate mortuo primum in
Aegyptum discendi causa, post in Italiam contendisse. 15

Afranius Epistula (118):
nón licet me quá contendi sémita
pérvenire?

Sallustius in Iugurthae Bello (13, 4): 'ex proelio
fugit in provinciam; ac deinde [inde] Romam contendere'.

Varro Quinquatrubus (445):
quí Tarentinúm tuum 20
ad Héracliden Pónticon conténderet. ‖

---

32 dextremum A^A: deextremum L^1 ‖ **2** aequalitatem A^A ‖ **8** gemmeas: *correxi* ‖ hem ‖ **12** flexivia dictio *Grotius* ‖ **13—14** audisset cr. tu vero ‖ **15** causa *om. cod. Cic.* ‖ in It. et in Siciliam *Cic.* ‖ **16** contendissem ita: *corr. Gulielmus Verisim. III, 8* ‖ **16—17** q. c. p. s. *Bue.* ‖ **18** in *om.* A^A (*seq.* iu) ‖ profugit *Sall.* ‖ **19** inde *om. E* ‖ contendit *Sall.* ‖ **19—21** *ad 259. 11 trai.* (?) *Mu.* ‖ *fort.* q. ad T. t. ab Heraclide Pontico c. ‖ **21** heracliadem A^A ‖ ponti (-to L^1) cont.: *corr. Oehler.* ‖ *post h. vers. stant 257. 30—46.*

CERNERE significat videre. Vergilius Aeneidos lib. III (677):

cernimus adstantes nequiquam lumine torvo.

|| Cernere rursum disponere. Lucilius Satyrarum lib. V (35):

postquam praesidium castris educere crevi.

idem lib. XIII (1):

acribus inter se cum armis confligere cernit.

|| Cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo (189): 'non vides apud *Ennium* esse scriptum (222):

«tér sub armis málim vitam cérnere
quám semel modo párere»'.

|| Cernere, audire. Accius in Chrysippo (268):

"quíd agam? vox illíus est certe." — "íd quidem omnes cérnimus."

|| Cernere, iudicare. Pacuvius Armorum Iudicio (32):

et aecum et réctum est, *id* quod póstulas.
iuráti cernant.

Ennius Thyeste (299):

ínpetrem facile áb animo *meo* út cernat vitále brabium.

|| Cernere rursum dimicare vel contendere. Accius Epinausimache (325):

primóres procerum próvocavit nómine,
si essét quis, qui armis sécum vellet cérnere.

1—6 Cern.—cern.; 11—15 Cern.—cernant.

---

3 rurs. *om.* D^4 || 4 crevit *ed. a. 1476*: decrevi A^4 D^4: decrevit L B^4 || 8 *add. Ald.* || 9 *cf. v. 22* || 12 illiust *Mu.* || 14 id *add. On.*: tu *Mu.* || 17 fac facile *Ribb.*: fac ille *Vahlen.* || meo *add. Quich.* || cernet A^4 || vitale brabium (*i. e.* βραβεῖον) *scripsi*: vitalem babium: v. viam *Bue.* || 19 procertum: *corr. ed. princ.* || revocarit: *corr. Both.* (provocaret *Voss.*) || nomina: *corr. Scal., Voss.*: nominans *Kießling.* || 20 nisi: *corr. Voss.* || quisque a.: *corr. ed. a. 1476.*

Ennius in Medea Exule (222):

. . . nam tér sub armis málim vita cérnere.

Pacuvius Armorum Iudicio (23):

qui sése adfines ésse ad causandúm volunt,
dé virtute eis égo potestatém cernundi do ómnibus. 25

|| Cernere, rursum succedere: unde et cernere hereditatem filii (id est succedere patribus) sunt dicti. Accius Myrmidonibus (18):

régnum tibi permítti malunt. cérne. an tradam exércitus?

CIRCVMFERRE est proprie lustrare. Lucilius Satyrarum lib. II (16):

tum farto omnia sunt circumlata 30

Plautus in Amphitryone (775):

iube istam
pró cerrita círcumferri.

Vergilius lib. VI (229):

idem ter socios pura circumtulit unda. || 35

CONFIDENTIA est fiducia. Vergilius Aen. lib. I (452): 1

et adflictis melius confidere rebus.

26—29 Cern.—lustr.; 1—6 Conf.—conf.

---

22 *cf. v. 9* || te *codd. h. l.* || maculim L^1 || uitam: *corr.* E^1 || **23—25** *cf. 89. 9* (*s. v.* causari) || **24** quis esse A^4 || adfinem *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || causandam A^4 || **25** de L || is (his) ego *codd. 89*: et ego || cern. do p. omn. *codd. 89* || **26** cedere: *corr. Me.* || **27** id e. s. p. *Mu.*: p. id e. cedere || **28** cernam t.: *correxi*: cernas t. *Mu.* || tradunt L || **29** est et p. L^1 || propria D^4 || *post* proprie *lacunam sign. Quich., Mu.* || **30** facto LB^4: facta A^4: *corr. Iun.* (farcto *Mu.*) || (sum B) || circumlatus: *corr. Iun.* || **33** cerritam || *post v.* 35 *stant* 273. 12—14 (*const.—prudentia*), *tum 256. 40—42* (Conp. . . conparabatur

Confidentia, duritia, patientia. Plautus in Asinaria (547):

scapulárum confidéntia, virtúte ulnorum fréti.

5 || Confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Atalanta (47):

gradere átque atrocem coérce confidéntiam.

idem (Lucil. X, 4):

liber, ínprobus,
confídens, nequam, málu' videatur . . . . . .

0 Turpilius Leucadia (102):

víden tu Phrygis incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint!

idem Hetaera (80):

nam quíd illoc homine vívit confidéntius?

Accius in Myrmidonibus (15):

5 íram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

Afranius Vopisco (376):

exclúdat uxor tám confidentér virum?
non fáciet.

1—6 Conf.—confidentiam.

---

4 ulnorum D^A: ulmorum $L\,A^A\,B^A$: ulnarum E^1 || freci (-ti) *codd. Pl.*: creti D^A || virtutem ulm. fregi *Leo ad Pl.* || 6 coercere (-herc-): *corr. ed. princ.* || 7 liber *scripsi*: lib. (*sic*) $L^1\,A^A$: lib. X B^A || idem * * * idem lib. X *Gerlach.* (*qui credit et Pacuvii et Lucilii exempla hausta esse propter homoeotel.*) || 9 ut v. *Mu.* (*dactyl. hexam.*) || 11 videntur (videtur A^A) frigus: *corr. Lips. Epistol. quaest. V, 2* || perdunt A^A || 12—13 H. nam quid *Quich., Ribb.*: hetera nam q̄ ('quaere', *sc. de lectione?*) *Gen.*[3]: heterentius qui in A^A: heterrentius qui L: terentius qui B^A: *fort.* H. neque (n̄ q̄) || illo * E^1: illo *rell.*: *corr. Bergk.* || 15 infrenis (inferenis L^1): *corr. Iun.* || obtes A^A.

Vergilius Georg. lib. IV (445):

nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras 20
iussit adire domos?

Terentius in Andria (855):

néscioqui senéx venit modo: éllum, confidéns, catus.

Confidentia, constantia. M. Tullius de Republica lib. III (42): 'duas sibi res, quominus in vulgus et in 25 foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse'. — Naevius in Danae (4):

éxcidit orátionis ómnis confidéntia.

Plautus in Amphitryone (836):

quaé non delinquít, decet
aúdacem esse, cónfidenter pró se et protervé loqui. 30

CONSTERNARI significat deici. Consternari rursum erigi. Pacuvius in Periboea (284):

consternare, anime, ex pectore hac † et volvere
consilium subit † omnes quod † denata est modo
qui pácto inimicis mórtem et huic vitam ófferas. 35

idem Duloreste (155):

únde exoritur? quó praesidio frétus? auxiliís quibus?
quó consilio cónsternatur? quá vi? cuius cópiis? ||

---

24 Conf. const.; 31—32 Const. sign.—erigi; 37—3 Pac. quo praes.—cursus.

---

23 (nescioquis *B ex corr.*) || ueni modo *L A*[4] (modo venit *B cum codd. Ter.*) || tellum *L*: sellum *A*[4] || 25 in v. prodiret et *Mu.* || 26 dicere: *corr. B*[4] || 29 deliquid *E ante corr.*: deliquid (-quit) *codd. Pl.* || 30 pro se et proterve (propterve *E B*[1]) loqui *post v. 31* deici: *corr. Pius* || 33 animae *codd.*: anime? (*interrog.*) *Mu.* || expectora *Voss.* || hanc et v. *A*[4]: aude ecv. *Ribb.* || 33—34 *fort.* constérnare, anime, ex péctore hanc exvólve rem, | consílium subito ré quod e nata ést modo || 34 subito, mens *Schegk.* (mens, *vocativ. Ribb.*): subitum, res *Madv. Advers. II, 661* || quod enata *Madv.*: quod enatum est *Voss.*: *quo deitata est On.*: quod conata est Scal.: fort. quo *delata est* || 35 efferas *L B A* || 38 -etur *Mu.*

CVRRICVLVS, ut consuetudo fert (a curru diminutio est), dicitur brevissimum vehiculi biroti genus. || Curriculus, cursus. Varro in epistula Iuli Caesaris:

quém simul ac Romám venisse mi ádtigit auris núntius,
éxtemplo rus ín curriculum cóntuli properé pedes.

CALVMNIA est malitiosa et mendax infamatio. || Calumnia rursum calliditas. M. Tullius de Republica lib. III (9): 'ut Carneadi respondentis, qui saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet'.

CALIDVM est fervens. Vergilius Aen. lib. IX (414):

volvitur ille vomens calidum de pectore flumen.

|| Caldum, citatum et velox. Varro περὶ κεραυνοῦ (411): 'cum dixisset Vitulus, ecce

tibi cáldis pedibus quídam naviculárius
semústilatus ínrumpit se in cúriam.'

|| Calidum, ferox et inconsultum. M. Tullius de Officiis lib. I (82): 'sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia'.

CAELVM est deorum domicilium. Vergilius Aeneidos lib. IV (247):

caelum qui vertice fulcit.

|| Caelum rursus aer. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (42): 'aptiora eorum, qui terras incolunt eas,

---

37—3 Pac. quo praes.— cursus; 6—10 Cal. est mal.— fervens; 12 Cal.— velox.

---

1 Curriculis $LA^{A}B^{A}$ (= G): -lum D^{A}: *corr.* E *Gen.*[3] || curri (*Gen.*[1]) *vel* curro (B^{1}) A^{A} || 2 uiroti *om.* D^{A} || 3 ep. ad Iulium Caesarem *Mu.* || 4 venissem LB^{A} || 5 exemplo B^{A} || rus *On.*: eas: meos *Gulielm.* || 6 *post* mendax inf. *stant 270. 33—5* (Conv.— tolli conv.) || 7 II: *corr. Maius* || 8 respondeatis: *corr. codd. quattuor Vaticani, auctore Maio* || 10—11 *cf. 311. 10* || 12 C. autem cit. D^{A} || (uerox *Gen.*[1]) || 15 iniuriam A^{A}: iniuria (?) *Mu.* || 16—17 (cons.) *post 23*: *corr. ed. princ.* || 16 Callidum B^{A} || 17 callida B^{A} || cons. quietis et cogitatis splendidiora et maiora videantur *Cic.* || 21 altiora || incolant *Cic.*

in quibus aer sit purus ac tenuis, quam illorum, qui utantur crasso caelo atque concreto'.

CONTENTVS dicitur cui res etiam parva abunde est. Vergilius lib. VII (736): 25

patriis sed non et filius arvis
contentus. ||

Terentius in Eunucho (121): 1

quia
neque tu úno eras conténta neque solús dedit.

Lucilius lib. XXX (15):

heis te versibus interea contentu' teneto. 5

M. Tullius ad Brutum (fr. 5): 'sic igitur facies et me aut amabis aut, quod contentus sum, diliges'. — idem de Officiis lib. II (43): '[in] brevitatis causa familia contenti erimus una'. || Contentum dicitur extensum. Vergilius lib. V (513):

tunc rapidus, iamdudum arcu contenta parato 10
tela tenens.

Lucilius lib. XXX (110):

hic ut muscipula contenta ac scorpio' cauda
sublata.

|| Contentum, conligatum, coniunctum. Vergilius Georg. 15
lib. III (536):

contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

---

24 Cont.—est; 1—3 Ter.—contenta; 8—16 M. Tull. in brev.—plaustra.

---

M. Tullius in Hortensio (72): 'inbecillis autem est 40
pudoris magister timor; qui || si quando paululum aber- 1
ravit, statim spe inpunitatis exultat'. — et de Senectute (10): 'et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat'. || Exultare, supra modum exilire et ecferri. M. Tullius de Republica (III, inc. 1): 'est igitur 5
quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate vel molestia frangitur'.

ELIGERE significationem habet apertam. || Eligere, defetigare. Lucilius lib. XXIX (XXVIII, 17):

corrúmpat prorsum ac nérvos omnis éligat.

EXCLVDERE dicitur eicere. Terentius in Eunucho (49): 10

exclúsit. revocat. rédeam?

|| Excludere, liberare. Lucilius lib. XXVII (49):

. . primum quá virtute sérvitute exclúserit.

EXPECTARE dicitur manere, observare. Terentius in Andria (34):

expecto, quíd velis. 15

38—39 Exult. est gloriari—Amazon; 3—6 M. Tull. et Ann.—frangitur; 14—16 Exp.—sperare.

---

35 Ex. soll. *scripsi*: sollicites (*post. add. L*[1]) || **36—37** *cf. 319. 23* || **38** X || **2—3** *cf. 347. 16* || **2** exultatem (*Gen.*) *vel* -tantem (*B*) *A*[4] || **4** et *del.* (?) *Mu.* || **8—9** *cf. 278. 11* || **9** prorsus || ad *codd. h. l.*: *del.* (?) *Mu.* || **13** quia (qui a) *L* || (virtutem *B*) || *post h. versum stant 300. 15* (Exc.) sqq. || **15** exp. quid expectare *velis D*[4] *(non Bern. 347)*.

|| Expectare, sperare. M. Tullius de Officiis lib. II (53): 'est enim deterior qui accipit atque etiam ad id semper expectandum paratior'. — Vergilius Georg. lib. I (225):

sed illos
10 expectata seges vanis elusit aristis.

EXPETERE est adposcere. || Expetere, accidere. Plautus Amphitryone (174):

ergo ín sérvitúte éxpetúnt múlta iníquá.

|| Expetere, transferri, evadere. (*ib.* 495):

15 suámque ut culpam expétere *in* mortalem út sinat.

INCIPIT PER F LITTERAM.

FELIX dicitur fortunatus, beatus. Vergilius Aen. lib. III (321):

o felix una ante alias Priameia virgo!^ ||

1 || Felix, propitius. Aen. lib. I (329):

an Phoebi soror an nympharum sanguinis una?
sis felix!

|| Felix, fructuosus, ferax. Georg. lib. II (81):

5 exilit ad caelum ramis felicibus arbos.

14—16 Exp.—sper.; 19—20 Virg. sed—aristis; 27—28 Fel.—alias; 4—5 Fel.—arbos.

---

17 fit enim *Cic.* || quia acc. A^A || id quod s. $A^A L^2$ (*non E*): idem s. *codd. Cic.* || 18 spectandum B^A || 18—20 *cf. 416. 24* || 21 Expectare: (*corr.* H^2 *marg.*): -pecta- *etiam vv. 21, 24* || Expetere, petere. Expetere est adeo p. * * * *Mu.* || adoposcere *ut vid.* A^A (*Gen.*[1]; adp. *B*): adeo poscere $L B^A$ || accipere: *corr. Passerat., Me.* || 24 transferre: *corr. Quich.* || *fort.* evadere. item || 25 sua si quid culpa || in *om.* || 1 proptius *ut vid. Gen.*[1] || uirg. aen. B^A || 4—5 *cf. 339. 20* || 4 uerg. lib. I $L A^A$: *georg. lib. II* B^A || 5 exit (-iit) *codd. 339.*

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'contra *a* novo marito cum item e foco in titione ex felici arbore et in aquali aqua allata esset'.

FASTIGIVM, ima altitudo. Vergilius Georg. lib. II (288): forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras. 10

Varro de Re Rustica lib. I (14, 2): 'aquam quae e caelo venit, recipere potest aut fastigium habet, ut exeat fundo aggeris'.

FERRE, ostentare. Vergilius lib. XI (779): 15

captivo sive ut se ferret in auro
venatrix.

|| Ferre consuetudine portare dicimus. Vergilius lib. V (263)
vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

|| Ferre, habere. Vergilius lib. V (537): 20

in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monumentum et pignus am*oris*.

M. Tullius de Officiis lib. III (74): '*sed cum Basilus M. Satrium, so*roris filium, nomen suum ferre voluisset'. || Ferre, pati. Vergilius Aeneidos lib. II (144): 25

miserere animi non digna ferentis.

Lucilius lib. XXVII (10):
céterum quidquid sít, quid non sit, férre aequo animo
ac fórtiter.

10—11 Fast.—quaeras; 18 Ferre—dic.; 25 Ferre pati; 28 Lucil. ceterum—animo.

6—8 *cf. 182. 19* (*s. v.* titionem) || 6 a *om. codd. h. l.* (*praec.* a) || 7 f. initione (mit. *A*[A]) *codd. h. l.* || 7—8 et inaequali *codd. h. l.*: etiam qualis *codd. 182*: *corr. Iun.* || 10 ima a. $L^1 B^A$: item a. $A^A L^2$: a. (*om.* i.) D^A || Fast., summa a. Fast. item ima a. *Quich.* || 10—11 *cf. 463. 29* || 13 e *om.* $L A^A$ || 14 ex. e fundo. agger is *Varr.* || 18—19 *cf. 421. 1* || 19 Sag.] famulisque: (*corr.* *E B*) || 23—24 *suppl. Me.* (fil.—vol. *om.* *E*) || 24 ad fil. B^A || sum *L* (*cum G*) || 28 quid sit, quid non sit Mu.: quidquid sit, *non sit Om.* || quasi non D^A || fere $L^1 B^A$ (ferre Cant.[2]): fero $A^A L^2$

Varro Proelio Caprino, περὶ ἡδονῆς (73): 'non posse se amplius perferre. tamen suadet, nutat'.

Terentius Heautontimorumeno (202):

. . . nam quem férret, si paréntem non ferrét suum?

|| Ferre, conserere. Vergilius lib. V (402):

quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum.

|| Ferre, disturbare. Vergilius Aen. lib. I (59):

quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

et lib. II (374):

alii rapiunt incensa feruntque
Pergama.

|| Ferre, dicere, nominare. || Vergilius Aen. lib. II (229):

et scelus expendisse merentem
Laucoonta ferunt.

et lib. VII (208):

quae nunc Samothracia fertur.

|| Ferre, dare, exhibere. Vergilius Aen. lib. III (19):

sacra Dioneae matri divisque ferebam.

|| Ferre, pati. Cicero in Verrem, de praetura Siciliensi (II, II, 83): 'prout Thermitani hominis facultates ferebant'. — et de Oratore lib. III (170): 'si aut vetus-

---

32—34 Ferre—man.; 6 Ferre d. exhibere.

---

29 Varro A^A (*cum E*): animo $L\,B^A$ || 30 posse se amp. (*B*) *vel* possesse amp. (*Gen.*) A^A: posses eam amp. $L\,B^A$ || notat A^A: ut notat $L\,B^A$: *correxi*: votat *On.* || sudat, vi potat *Mu.* || 33 erex L^1: rex A^A (*non B*) D^A || 35—36 *cf. 420. 1* || 4 III 7 dionae *L*: dione A^A || ferebant || 9 temitani homines 9—10 facultate f. A^A || 10 III *om.* L^1: lib. III *om.* A^A: II B^A *si Cic.: est* || *autem* B^A.

tum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit'.
|| Ferre, adferre. Vergilius lib. XI (227):
legati responsa ferunt.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 117): 'prohibentur suis liberis cibum vestitumque ferre'. — Lucilius lib. XXIX (23):
collígere auxilium, tamétsi est indigna út feram. 15

|| Ferre, dirigere, ducere. Vergilius lib. VI (295):
hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undam.

Lucilius lib. XXX (86):
quid sibi vult? quare fit ut introvorsus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prosus? 20

|| Ferre, laudare. Lucilius lib. XXX (4):
et sola ex multis nunc nostra poemata ferri.

FLVERE est decurrere. Vergilius Georg. lib. II (165):
haec eadem argenti rivos aerisque metalla
ostendit venis atque auro plurima fluxit. 25

|| Fluere, minui, deficere. Vergilius Aeneidos lib. II (169):
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaûm.

|| Fluere, latius ac liberius excrescere. Vergilius Georg. lib. II (369):
tum denique dura 30
exerce imperia et ramos compesce fluentis.

11—12 adf.—ferunt; 16—17 Ferre—undam; 23 Flu. dec.; 26—29 Flu.—excrescere.

---

11 verbum *bis* A^A || sic A^A: si $L\,B^A$ || **13—14** prohibentur $L^1 H^3$: -berentur A^A: -betur B^A || **14** lib. s. *codd. Cic.* || **15** colligare L || **17** hic $A^A D^A$ || vita $L\,A^A$ || undas *Verg.* || **18—20** *cf. 402. 6* (*s. v.* spectare) || **19** et ad te *Iun.*: ut ad te codd. h. l.: aetate *codd. 402* || **20** spectant codd. h. l. || omnia se codd. h. l.: *sed omnia codd. 402* || **23** est *om.* D^A || 1 || **29—31** cf. 295. 8.

FATVM significat decretum et voluntatem. Vergilius lib. VII (293):

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

et in VII Aeneidos (50):

filius || huic fato divûm prolesque virilis
nulla.

FATIGARE, percutere. Vergilius lib. IX (609):

versaque iuvencûm
terga fatigamus hasta.

|| Fatigare, excitare vel increpare vel hortari. Vergilius [Aen.] lib. IV (572):

sociosque fatigat:
praecipitis vigilate, viri.

|| Fatigare, instigare, cogere. Vergilius lib. IX (63):

collecta fatigat edendi
ex longo rabies et siccae sanguine fauces.

|| Fatigare, ad lassitudinem deducere. Vergilius lib. V (253):

velocis iaculo cervos cursuque fatigat.

et lib. XI (306):

quos nulla fatigant
proelia.

FOEDVM consuetudine est deforme. Terentius in Eunucho (684):

nunc tíbi videtur foédus, quia illam nón habet.

32—34 Fat.—Phryg.; 3—8 Fatig.—viri; 12 Fatig.—ded.; 17—19 Foed.—execrandum.

32—34 *cf. 226. 29; 455. 28* || **35—2** *cf. 455. 32* || **35** *ante* et *lacunam sign. Mu.* || **6** Verg. Aen. lib. IIII A^A (*cum E*): Aen. *om. rell.* || **11** longe A^A (*non B*): longa L^1 || **13** iaculor $L^1 A^A$ || **17** *def. est* D^A.

|| Foedum, execrandum. Vergilius lib. VII (618):

aversusque refugit 20

foeda ministeria.

FACTIO dicitur malorum consensus et conspiratio. Sallustius in Iugurtae bello (31, 15): 'inter bonos amicitia, inter malos factio'. || Factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius Setina 25 (107):

metuo hércle, Caeso, né nimi' stulte fécerim,
qui ex tánta factióne atque opibus ádgredi
eam sum aúsus.

Plautus in Aulularia (167):

istas magnas factiones, dotes dapsilas. 30

idem Trinummo (467):

vostrás cum nostris fáctiones átque opes.

Turpilius Thrasyleone (208):

nóbilitate, fáctione frétus interdícere.

Caecilius Philumena (141): 35

íta eorum famam óccultabat fáctio.

FEROX est saevus et indomabilis: translatum a feritate. Vergilius lib. IV (135):

ac frena ferox spumantia mandit.

17—19 Foed.—execr.; 22—25 Fact.—abund.; 25—28 Tit. sed cum iam metuo—ausus adgredi; 37 Ferox—feritate.

---

iugurtae

23 iugurtae nae (*pro* catilinae) E^1 (-no E^2): catilinae (-ill-, -ull-) *rell.* || in Cat. bello (54. 6) non divitiis *etc.*, idem in Iug. bello *Me.* || 25 Setina *Me.*: sed iam (iā) $L\,A^A\,B^A$: sed cum iam D^A || 26 sed iam male | metuo *On.* || 27 eam sum aus. adg.: *corr. On.* || 30 fa. animos do. *Pl.* || dapsiles *codd. Pl.* || 32 nostris *Pl.*: nosti (-tri *B*) || 34 no. fact. *om.* A^A || 35—36 Philumena ita *Grauert. post Iun.*: filium in alta (filiumina ita B) || 36 occatabat A^A || 37 saevius (se-) A^A || 38—39 cf. 425. 30 || 39 at (*ex* ad *Gen.*: a E^1): (*corr.* H^2 B) || frenat L^1 A^A.

40 M. Tullius de Officiis lib. I (90): 'ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent'. — Terentius in Eunucho (415): ‖

1 eone és ferox, quia habés imperium in béluas?

‖ Ferox sum illa re dicitur, ut: illa re sum fretus vel adrogans. Titinius Fullonibus (18):

víderam égo vírginém té
5 formónsam ésse, spónsó supérbam ésse, fórmá ferócém.

Plautus Milite (1382):

ut ádoriatur moéchum, qui forma ést ferox.

Accius (685):

10 néque vi tanta quísquam est, neque tam abúndans fortunís, ferox.

M. Tullius Epistula ad Caesarem lib. I (5): 'itaque vereor, ne ferociorem faciant tua tam praeclara iudicia de eo'. ‖ Ferox significat cordatus vel facetus. Plautus in Milite Glorioso (1315):

nám tu quamvis póti' sis facere út fluat facétiis;
15 ét quia tecum erám, propterea ánimo eram ferócior.

FAMA est opinio secundum consuetudinem. Vergilius Aen. lib. III (121):

fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem.

40—1 M. Tull. ut—beluas; 16 Fama—consuetudinem.

---

42 soleant *Cic.* ‖ 1 adeone est ‖ qui ha. ‖ adeo es f. qui ha. (?) *Mu.* ‖ 2 F. sim illa A^A ‖ 4 te virg.: *corr. On.* ‖ 5 sponsa L^1 ‖ esse sup.: *corr. On.* ‖ 8 ut domatum mecum (equum B^A) ‖ 12 tutam: *corr. Orelli.* ‖ 13 de eo *Nobb.*: telo ‖ 14 quemvis: *(corr. B G^1)* ‖ potis es *codd. Pl.* ‖ fetiis A^A ‖ 15 animum *codd. Pl.: nimio Me.* ‖ eam A^A (*non B*).

|| Fama, spes profuturi numinis. Vergilius Aen. lib. IV (217): 20

nos munera templis
quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.

|| Fama est rursus infamia; unde et famosum dictum est infame; famosam, infamem. Cicero de Oratore lib. II (277): 'non pol, inquit, audeo; nam me ad famosas 25 vetuit mater accedere'. — Vergilius Aen. lib. IV (170):

neque enim specie famave movetur.

Terentius in Adelphis (263):

maledícta, famam, meúm laborem in se transtulit.

Plautus in Casina (991): 30

qui étiam me miserúm famosum fécit flagitiís suis.

Lucilius Satyrarum lib. XI (19):

Quintus Opimius ille, Iugurtini pater huius,
et formosus homo fuit et famosus, utrumque
primo adulescens; posterius dat rectiu' sese. 35

Turpilius Paedio (160):

quaéso, omitte ac désere
hanc méretricem, quae || té semel nacta sémper studuit 1
pérdere,
detégere, despoliáre obplereque ádeo fama ac flágitîs.

23—24 Fama—infame; 27 Virg. neq.—mov.; 31 Plaut. qui—suis.

---

20 numinis (*Gen.*) *vel* nummis (*B*) A^A: nimis *L ante corr.* || 21 muneris $L^1 A^A$ || 23 Fama—infamia *post v. 25* (accedere): *transp. Quich.* || et *om.* L^1 || 23—24 unde—infame *post v. 27* (movetur): *transp. Quich.* || 24 fam. inf. *del. Quich.* || 28 in *om.* L^1 || 29 fama B^A || meum amorem et peccatum in se *codd. Ter.* || 30 in Asinaria: *corr. Stud. Ind. schol. Gryphisvald. a. 1871, p. 15* || 31 facit: *corr. Stud.* || 33 qui intus A^A || opimus: *corr. Bentin.* || 35 da: (*corr. B*) || 37—1 omitte hac deserite hanc || 1 s. inacta (*corr.* H^2) est semp.: semel ut nacta est s. Both. semol (?) *Mu.* || 2 fame $L^1 A^A$ || famae ac flagiti (?) Mu., sed *cf. Leo (Plaut. Forsch. p. 327)*.

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'atque etiam, siqua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant'. — Sallustius in Iugurta (15, 5): 'is postquam largitionem famosam inpudentemque'. — Naevius (Danae 7):

desúbito famam tóllunt, siquam sólam videre ín via.

FORTIS est celer. Lucretius lib. III (7):

aut quidnam tremulis facere artubus haedi
consimile in cursu possint et fortis equi vis?

Vergilius lib. XI (705):

quid tam egregium, si femina forti
fidis equo?

|| Fortis rursum formosa. Plautus Milite (1100):

. . . ecquid fórtis visa est? . . .

|| Fortis etiam dives. Plautus Trinummo (1133):

éum sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam;

id est, divitem et copiosam. Afranius Fratriis (156):

formósa virgo est: dótis dimidiúm vocant
istí qui dotis néglegunt uxórias;
praetérea fortis.

Lucilius lib. XXX (115):

omnes formonsi, fortes tibi, ego inprobus? esto.

|| Fortis, magnarum virium. Vergilius Aen. lib. I (222. 510):

fortemque Cloanthum.

8—10 Fort.—equi; 14 Fort. formosus; 23—24 Lucilius omn.—virium.

---

5 p. videt regis larg. *Sall.* || **6—7** *cf. 518. 1* (*s. v.* desubito) || N. Danae de. *codd. 518* || **7** videmus *codd. h. l.* || **8—10** *cf. 420. 37* || **9** haedi *Lucr.*: et *codd. h. l.*: aevi *codd. 420* || **10** consimili *codd. utrobique* || ea quivis A^A || **12** si fe. si fo. si fe. fo. A^A (*non B*): si fe. fo. si fe. fo. *L* || **14** formosus D^A || **15** forte B^A || **17** t. f. fam. tuam $A^A L^2$ || **19** midium A^A || **22—23** *cf. 327. 16* (*s. v. inprobum, turpe*) || **23** ergo *codd. h. l.*

FACESSERE est facere. Ennius Annalibus lib. I (52):
haec ecfatus; ibique latrones dicta facessunt.

Afranius Inimicis (202):
multa átque molesta es: pótin ut dicta facéssas?

Vergilius Aen. lib. IV (295): 30
imperio laeti parent ac iussa facessunt.

|| Facessere significat recedere. Ennius Eumenidibus (136):
. dico vicísse Oresten: vós ab hoc facéssite.

Titinius Gemina (51):
át aliquis vestrórum nuntiét Geminae ut res súas procuret, 35
aédibus facéssat.

Pacuvius Teucro (342):
té repudio néc recipio; náturam abdicó. facesse!

item (326):
facéssite omnes híne parumper; tú mane. || 40

Cicero de Legibus lib. I (39): 'paulisper facessant 1
rogemus'. — Afranius Liberto (203):
nolo híc te videat: dóminus est. puér, facesse hinc . .

Plautus Rudente (1061):
sí quidem 5
sís pudicus, híne facessas.

26—27 Facess.—facess.; 32 Facess. s. rec.; 1—11 Cic. paul.—fidem.

---

28 inimis: *corr. Iun.* || 29 potin ut nunc d. *Mu.* || facesses: *corr. Iun.* || 31 iusta: *corr. E* || 33 edico *Mu.* || nuossab (ab *B*) A^A || facessit (-si L^1): *corr. Urbin. 307, ed. princ.* || 35 ab *L*: *del. Mu. in append.* || v. a. *Ribb.*: a. vestrum *Mu.* || res suas *Bentin.*: reosuas || 38 naturam dico: *corr. Hermann.*: natum abd. *Me.* (*melius* abd. na.) || 38—39 facesse item Urbin. *307, ed. princ.*: *facesstitem* $L^1 A^A$ (*Gen.*[1]: om. Gen.[2] B): *facessti item* B^A || 40 *omnes* hinc *Paulus* 86: h. o.

M. Tullius in Hortensio (49): 'facessant igitur omnes qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus'.

FATISCERE est aperiri; rursum deficere. Accius Epinausi-
10 mache (330):

tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Pacuvius Duloreste (153):

át si tanta súnt promerita véstra, aequiperare út queam véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

15 FERVS significat severus. Vergilius Aen. lib. II (326):

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

|| Ferus iterum ecus. Vergilius [Aen.] lib. II (51):

inque feri curvam conpagibus alvum
20 contorsit.

Accius Medea (416):

períte in stabuleis frénos inmitténs feris.

|| Ferus item significat cervum. Vergilius lib. VII (489):

pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

1—11 Cic. paul.—fidem; 15—17 Fer.—transtulit.

---

7 M. *om.* $L^1 A^A$ || 8 -ri D^A || 9 aperire: *corr. Iun., Guietus* || rursum] vel D^A || Fat. est ap. * * * Fatiscere (-ci *On.*) rurs. *Me.* || 10—11 *cf. 479. 10* || 11 aut || qui *codd. h. l.* || 13 ut si ita sunt: *corr. Mu.* (at *iam Gulielm.*) || ut nunquam queam *On.* || 14 *cf. 479. 14* || nuncquam $L A^A$ || quod quibo boni *Iun.*: quod qui boni *codd. h. l.*: quodquod quibo boni *codd. 479* || 15 saevus *Mu.* || 15—17 *cf. 425. 27* || 18 item (?) *Mu.* || Aen. *om.* A^A || 18—20 *cf. 193. 21* || 22 perissem *Mu.* || in stabule fr.: *corr. Urbin. 307, ed. princ.*: in stabulo fr. *Grotemeyer* || 23 item *L ante corr.* B^A (*cum E*): iterum *L ex corr.* A^A || acerbum B^A || *23—24 cf. 59. 27.*

significat citos cursus. Vergilius Aen. lib. I (316): 25

vel qualis equos Threissa fatigat
yce volucremque fuga praevertitur Hebrum.

fuga volatum significat. Vergilius lib. III (243):

celerique fuga sub sidera lapsae
ssam praedam et vestigia foeda relincunt. 30

uga item dicitur navigatio. Accius Telepho (629):

. remísque nixi próperiter navem ín fugam
ánsdunt.

Vergilius Aen. lib. V (767):

ipsae iam matres, ipsae, quibus aspera quondam 35
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.

idem lib. IV (565):

non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?

idem in III (268): 40

tendunt || vela noti; fugimus spumantibus undis. 1

Plautus in Asinaria (157):

rémigio velóque, quantum pótis es, festina ét fuge.

|| Fuga, vehemens efflatus. Vergilius Georg. lib. III (201):

ille volat, simul arva fuga, simul aequora verrens. 5

---

25 Fuga s. cursum volatum et navigationem; 27 Virg. vol.—Hebrum; 29 Idem, cel.—lapsae; 3 Plaut. rem.—fuge.

---

25 sign. *secl. Mu.* || citos L^1 *ut vid.*: citus (*Gen.*[1]) *vel* citos (*Gen.*[2] *B*) A^A: citus B^A: *om.* D^A: citos *E* || cursum D^A || **27** (vol.—Hebr.) *cf. 362. 18* || **28** Fuga item (?) *Mu.* || II **31** iterum (?) *Mu.* || **31—33** *cf. 154. 9* (*s. v.* properiter); *347. 13* **32** renisque nisi A^A || **33** transeuntur *codd. h. l.* (*seq.* uerg.) || **36** numen *E* (*cum B*) || **40—1** (no.) *cf. 410. 29* || **3** p. es *Guietus*: potes A^A: potest $L B^A$ (= *G*): potis est Taubmann.: poteris *codd. Pl.* // **4** (*est flatus B*).

FRIGIT correpta prima syllaba significat erigit. Accius Meleagro (461):

frigít fricantem córpus atrum occúlte abstruso in flúmine.

idem in eadem (443):

10 frigit
saetás, rubore ex óculis fulgens flámmeo.

|| Frigere est et Friguttire cum sono sussilire. Plautus Casina (267):

nam quíd friguttis? nám quid istud cupidé petis?

Afranius Privigno (245):

15 occásione cápta mulier ínvolat
in cóllum, plorat, órat: occurrít nepos
pausíllus; neptis pórro de lectó frigit.

FINGERE est lingere. Vergilius lib. VIII (634):

illam tereti cervice reflexa
20 *mulcere alternos et corpora fingere lingua.*

* * * *Lucilius Satyrarum lib. VIII* (3):

cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
fictricis conpono, hoc est cum ψωλοκοποῦμαι.

---

6 Frig.—erigit; 12 Frig. est effrig.; 13 Plaut. nam—petis.

---

8 frigantem L^1: fricatque *vir doct. ap. Voss.* || atrum *vir doct. ap. Voss.*: acuum || *fort.* frĭgit frīgantem c. acua || **11** saetas *Bue.*: aestas || robore L^1 || fungens A^A || **12** et frigutare (*Gen.*) *vel* -ttire (*B*) A^A: effrigutire D^A: ecfriguttire (*H mg.* G^1) *vel* et fr. ($H^2 G^2$) B^A || **12—13** *cf. 7. 10* || **13** nam quid frig. quid istuc tam c. cupis *codd. 7* (*cum codd. Pl.*) || -utis A^A || **15** occasionem cartha (casta *B*): *corr. Quich.*: occasionem captans *Both.* || **16** accurrit *Mu.* || **18** VIIII || **19—21** *suppl. Stowasser.* || **21** *fort. addend.* unde fictricem meretricem dicit || **21—23** *cf. 257. 39* (*s. v.* conponere, coniungere) || **22** proclo *L ex corr.* A^A || abra *codd. h. l.*: (*corr.* H^3) || bellis A^A || **23** fictrices: *corr. Scal., Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || ψωλ. *Iun.*: via ωλοκοπουμη *L*: via οκοσιουμη A^A: ωλοκοπουμη (*om.* via) B^A: *ipso loco pomas codd. 257.*

|| **Fingere**, conponere. Vergilius Georg. lib. II (407):

persequitur vitem adtondens fingitque putando. 25

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (59): 'ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret'. — Lucilius lib. XXVII (1):

ém, populi salútem fictis vérsibus Lucílius,
quíbu' potest, inpértit. 30

M. Tullius de Officiis lib. III (39): 'fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone'. || **Fingere**, parare. Lucilius lib. XXVIII (57):

. . sed fuga fíngitur. timidó vadit pede pércitus.

Varro Cato vel de liberis educandis (9): 'magnum 35
est enim, ut Ariston scribit, in primordio pueruli. quemadmodum incipiat fingi, ad id quasi evadat'. || **Fingere**, effigiare vel formare et facere. M. Tullius de Republica lib. IV (5): 'ego || vero eodem, quo ille Homerum, 1
redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit'. — idem de Deorum Natura lib. II (149): 'deinde in ore sita lingua est, finita dentibus: ea vocem inmoderate profusam fingit et terminat'. 5

24—25 Fing.—putando; 31—34 M. Tull. fict.—percitus; 37—38 Fing.—facere; 5 M. Tull. et voc.—terminat.

24—25 *cf. 369. 23; 462. 5* || **27** aliam pr. A^A: aliam in pr. *L* || perficere || aet.] efato (*B*) *vel* aefatos (*Gen.*) A^A || **28** fingere || **28—29** XXVII item populi: XXVII em populis *Mu.*: rem, populi *Lachm.* || **29** (sal.)—**30** *cf. 37. 26* || **29** salute et f. *codd. h. l.* || **30** *cf. 37. 19* (*s. v.* inpertire) || imperat A^A || **32** prolata A^A || a Platone *om.* D^A || a *om.* $L^1 A^A$ || plantone A^A || **34** fungitur $L^1 A^A$ || ut t. *Mu.* || tumido $A^A D^A$ || pede perc. v. *Acidal.* || **36** puerili $A^A B^A$ (*cum E*) || **37** q. evadet *Ries.*: quo si ev. * * * *Iun., Mu.* || **1** modo *add.* post eodem Moser., post *Hom. Mu.* || **4** in ore sit aliena l. est || **5** ea] et $A^A D^A$.

Vergilius Aen. lib. II (79):

nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

M. Tullius de Officiis lib. III (50): 'virum bonum
10 fingimus; de eius deliberatione et consultatione quaerimus'.
— Sallustius in Catilinae bello (1, 1): 'quae natura
prona atque ventri oboedientia finxit'. — Plautus in
Asinaria (174):

nám nec fictum usquam ést nec pictum néque scriptum
in poématis.

Varro *Ταφῇ Μενίππου* (526): 'ut hirundines in culinis
15 oblito luto tegulas fingebant'. || Fingere, simulare
mendacium. Afranius Fratriis (168):

. . nunc vide, hóc quo pacto ego aúrum in medium próferam.
tú, Castalia, cógita, tu fínge, fabricare úti libet.

Vergilius Georg. lib. II (45):

non hic te carmine ficto
20 atque per ambages.

Terentius in Andria (220):

et fíngunt quandam intér se nunc falláciam.

Vergilius lib. XI (406):

vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
25 artificis scelus.

---

13 Plaut. nam—poem.; 15 Varro luto—mendacium; 22 Ter. effingunt—fallaciam.

6—8 *cf. 417. 2* || 7 se $L^1 A^A$ || 8 mandacemque (-quemque): *corr. E* || fingit A^A || 9 II || b. v. *Cic.* || 10 liberatione (-tio *Gen., non B*) || qu.] qui primus || 12—13 *cf. 493. 8* || 13 pictum] tictum (dictum D^A) *codd. h. l.* || poematibus D^A || 14—15 ut hirundine singulinis obliti: ut hirundines in culinis obliti *Roth.*: ut hir. in culminibus lito *On.* || 16 non v. h. A^A: *nunc illud v. h. On.* || ego *Both.*: eo (*om. E*) || 17 tu consulta *Bue.* || *ut ed. a. 1471* || 22 et f.] effingunt.

s de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (64): emplis non fictae solum fabulae, sed etiam efertae'.

vs, factum. Sallustius in Catilinae bello (2, 9): quo negotio intentus praeclari facinoris aut artis amam quaerit'. — Terentius Heautontimorumeno 30

fit sine períclo facinus mágnum nec memorábile.

M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'promissum otius non faciendum quam taetrum facinus admittendum uit'. — et de Senectute (40): 'nullum denique ‖ scelus, nullum malum esse facinus, ad quod suscipiendum 1 non lubido voluptatis inpelleret'. — Plautus in Aulularia (587):

hóc est servi fácinus!

‖ *Facinus* rursum scelus. Sallustius in Catilinae bello 5 (23, 1): 'sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius, natus haut obscuro loco, flagitîs atque facinoribus coopertus'. — M. Tullius de Officiis lib. III (75): 'ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus'.

FVRTVM est occulta subreptio. Vergilius Georg. lib. IV (346):

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta. 10

‖ Furtum, insidiae. Sallustius lib. I (112): 'illo profectus vicos castellaque incendere et fuga cultorum deserta

---

27 M. Tull. talibus — ref.; 31 Facinus scelus, Ter. non — mem.; 6—8 Sall. sed — coop.; 9—11 Furt. — insidiae.

---

27 verum e. h. ref. sunt *codd. Cic.* ‖ 29 intenti ‖ 32—33 *cf. 413. 20* ‖ 33 q. tam t. *codd. Cic.* ‖ 1 f. e. *codd. Cic.* ‖ aquod E^1: ad quod LB^A: quod A^A ‖ suspiciendum L^1A^A ‖ 2 volumtatis L^1: voluntatis A^A ‖ inpellere L^1A^A ‖ 4 fac. fruxi *Pl.* ‖ 7 (nat.—loc.) *cf. 341. 16* ‖ 8 ab] ad ‖ 9—10 cf. *codd. h. l.* ‖ 11 Sall. Hist. lib. I edd.

igni vastare, neque late aut † fetustissimus, metu gentis ad furta belli peridoneae'. — Vergilius Aen. lib. XI (515):

15 furta paro belli convexo in tramite silvae,
ut bivias armato obsidam milite fauces.

|| Fures etiam servi sunt dicti. Vergilius in Bucolicis (III, 16):

quid domini faciant, audent cum talia fures?

FIDVCIA est audacia. Sallustius lib. II (111): 'ita
20 fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur'. || Fiducia, confidentia. Vergilius Aen. lib. IX (188):

cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum.

FATIGARE, cohibere, conprimere. M. Tullius de Officiis lib. III (73): 'qui non verbis sunt et disputatione
25 philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi'. || Fatigare, conmovere, perturbare. Vergilius Aen. lib. I (280):

quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat.

FRIGORIS quae sit significatio, manifestum est; ut Vergilius Georg. lib. II (344):

30 frigusque caloremque

inter.

et Lucretius (IV, 219):

1 frigus ut a fluviis, calor ab || sole, aestus ab undis aequoris.

|| Frigus, metus. Vergilius Aen. lib. I (92):

extemplo Aeneae solvuntur frigore membra.

17—18 Fures—fures; 20—25 Fid. est conf.—fatigandi; 3—5 Frig. est aeris natura. Frigus met.—membra.

---

13 late *Gerlach.*: elate (*praec.* e) || faetussimus *supra scr.*: tis *L*: fretus, simul a *Roth.*: securus nimis *Mu.* || **14** peridonea: *corr. ed. a. 1476* || **16** obsida m. $L^1 A^A$: -dat m. B^A || **19** Sall. Hist. lib. II *edd.* || **20** purgationes A^A || **21** VIII A^A || **27—29** *om.* A^A (*propter homoeoteleut.*) || **29—31** *cf. 200. 2; 326. 12* || **29** I *codd. h. l.* || *1—2 cf. 247. 12* || **1** ut flaviis A^A || **4** exemplo $L^1 A^A$.

|| **Frigus**, aeris natura. Vergilius Georg. lib. II (256): 5

at sceleratum exquirere frigus
difficile est.

|| **Frigidum**, venenatum. Vergilius in Bucolicis (VIII, 71):

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

|| **Frigidus**, mortuus. Vergilius lib. IX (414): 10

volvitur ille vomens calidum de pectore flumen,
frigidus.

|| **Frigidum**, segne, inbecille. Vergilius lib. XI (338):

largus opum et lingua melior, sed frigida bello
dextera. 15

FERIRE usu significat percutere. Vergilius in Bucolicis (IX, 25):

cornu ferit ille, caveto.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 121): 'feriuntur securi: laetaris tu in omnium gemitu et triumphas'.
|| **Ferire**, sancire, firmare. Vergilius Aen. lib. X (153): 20

haut fit mora; Tarchon
iungit opes foedusque ferit.

FOVERE est nutrire, provehere. Vergilius Georg. lib. IV (55):

hinc nescioqua dulcedine laetae
progeniem nidosque fovent. 25

3—5 Frigus est aeris natura. Frigus metus—membra; 8—10 Frig.—mort.; 13—16 Frig.—perc.; 20 Fer. s. firm.; 21—25 Virg. Tarch.—fovent.

---

6 a sc. A^A (*non B*): ac sc. L^1 || **8—9** *cf. 382. 33* || **10—11** *cf. 263. 10* || **10** Frigidum, mortuum (?) *Mu. in append.* || **11** movens A^A (*non B*) || **13** segnem $L^1 A^A$ (*seq.* in) || **17** caveo A^A || **19** tui nominum A^A || triumphus (-fus) A^A L^2: -phia (- $L A^A$ || **24** *nescio* quia $L^1 A^A$.

et Aen. lib. I (18):

iam tum tenditque fovetque.

Lucilius lib. XXIX (119):

ventrem alienum
maestum fovere ex molito hordeo uti cataplasma.

|| Fovere, aspargere. Vergilius lib. XII (420):
fovit ea vulnus lympha longaevus Iapyx.

|| Fovere, constituere. Vergilius Georg. lib. IV (43):
sub terra fovere larem.

et Aen. lib. I (718):

et interdum gremio fovet, inscia Dido,
insidat quantus miserae deus.

|| Fovere, tueri. Vergilius lib. IX (56):

non obvia ferre
arma viros, sed castra fovere. ||

FETVM significat plenum. Vergilius Aen. lib. I (51):

loca feta furentibus austris.

et lib. II (237):

scandit fatalis machina muros,
feta armis.

Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (204):

nón videtis, únus ut
párvulus Amor árdifeta lámpade.

38—5 Fov.—armis.

---

26 et *om.* A^4 || 27 iam tum] tantum || 28—30 *cf. 350. 34* (*s. v.* maestum, enectum fame) || 30 est tum: (*corr. Gen.*[2]) cataplasmo *codd. h. l.* || 31 spargere *L* || 35 et] e A^4 (*om. B*) || 1—2 *cf. 211. 1* || 2 ferentibus L^1A^4 || 6—8 *cf. 243. 32* || 7 videas A^4 || unum et *codd. h. l.* || Am. parv. *Meinek.* || 8 ardifoeta (feta) *codd. utrobique*: artf. E^1 *ut vid.*: *fort. artifeta* // *lepades codd. h. l.* (lemp. B: -de L^1?).

|| **Fetum**, onere levatum. Vergilius lib. VIII (630):
fecerat et viridi fetam Mavortis in antro. 10

et Georg. lib. III (176):

nec tibi fetae
more patrum nivea inplebunt mulgaria vaccae.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'mensa anteponebatur cum † cullia acuno †, [in] quo quae veniebant 15 ad fetam amicae gratulatum, dis mactabant'.

FASCES quam habeant significationem, manifestum est.

Vergilius Georg. lib. II (495):

illum non populi fasces, non purpura regum
flexit. 20

|| **Fascem** consulem posuit Vergilius Georg. lib. III (347):
iniusto sub fasce viam dum carpit.

|| **Fascem**, onus. Vergilius in Bucolicis (IX, 65):

ego hoc te fasce levabo.

idem Georgicon lib. IV (204): 25

ultroque animas sub fasce dedere.

FVNDERE est liquorem defundere. Vergilius lib. V (77):

hic duo rite mero libans carchesia baccho
fundit humo.

23—24 Fasces consules vel dignitates. Fascem on.—levabo; 27 Fund. e. liq. effundere.

---

9 honore *L* || 13 (mulctraria *B cum codd. Verg.*) || 14 mensa L^1 (*cum B*): mensae (-se) *rell.* || 15 cum *ed. princ.*: eum || culigna *Bentin.*: edulio *On.* || ac vino *ed. a. 1476* || c. caliculo uno *Quich.* || in *secl. On.* || hinc quom quae *Mu.* || 16 fertam A^A || ammicae A^A: amice *L* || 21 Fasces consules vel dignitates D^A || II || 23—24 *cf. 336. 21* || 26 animam *codd. Verg.* || 27 liq. effundere D^A || uerg. georg. lib. V $L^1 A^A$: uirg. georg. lib. IIII B^A: (uirg. aen. lib. V *B*) || 27—28 *cf. 546. 15* || 29 (humi B E (?) *cum parte codd. Verg.*).

30 || Fundere, prosternere, iacere. Vergilius Aen. lib. I (192):

quam septem ingentia victor
corpora fundat humo.

et Aen. lib. II (252):

fusi per moenia Teucri
35 *conticuere.*

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 28): '*plerique ut* fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent'. — M. Tullius [in] Philippicarum lib. XIV (1): 'sceleratissimorum hostium exercitum fusum caesumque cognovi'. || Fundere, dare. Vergilius in Bucolicis (IV, 23):

40 ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Cicero Tusculanarum lib. V (37): 'ut aut flores aut fruges fundant aut bacas'. || Fundere, dicere. Vergilius Aen. lib. III (344):

talia fundebat lacrimans. ||

1 Plautus Asinaria (896):

ne ílla ecastor fénerato fúndit . . . . .

|| Fundere, fugare. Vergilius Aen. lib. II (420):

illi etiam, siquos obscura nocte per umbram
5 fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,
apparent.

30—32 Fund.—humo; 38—39 M. Tull. scel.—cognovi; 3 Fund. fug.; 4—5 Virg. siquos—urbe.

33—36 *suppl. H. Ilberg. Symb. philol. Bonnens. 438* || **33** Aen. *secl. Mu.* || **37** fusisi (-issi) sine || ullos subiacerent L^1: ullo sed subiacerent (sed sub *del. Gen.*[2]) A^A: ullo subiacerent B^A || **38** in *supra add. L* || XV || **39** usum $L^1 A^A$ || caesum fusumque *codd. Cic.* || **42** fundat *Cic.* || dicere *om.* A^A || **43** t. fundebant lacrimas (-bat -mans *B*) fundebat (-bant *B*) A^A || **2** illa ec. *Both.*: ille ec. *codd. Pl.*: ille castor || funerato *L* (*cum B G*) (*pro foen.*) || *funditat codd. Pl.* || **5** urbem $L^1 A^A$.

|| **Fundere**, demittere. Vergilius Georg. lib. III (104):

ruuntque effusi carcere currus.

et lib. X (270):

cristisque a vertice flamma 10

funditur.

FILVM dicitur deducta res quaeque ad tenuitatem. Vergilius lib. X (814):

extremaque Lauso

Parcae fila legunt. 15

|| **Filum**, oris liniamentum. Lucilius lib. XXIX (72):

súrge, mulier, dúc te! — filum nón malum.

FLAGITIVM veteres vitium quod virgini infertur dici voluerunt. || **Flagitium**, periculum. Lucilius lib. XXIX (109):

qui et poscent minus et praebebunt rectiu' multo 20

et sine flagitio.

FIDES quid sit, manifestum est; ut Vergilius Aen. lib. I (292):

cana Fides et Vesta;

et plerumque. || **Fides**, chordae quae appellantur. M. Tullius in Hortensio (91): 'ponendae sunt fides et tibiae'. 25

et Vergilius lib. VI (120):

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

---

12 Fil.—ten.; 18—19 Flag.—vol.; 22 Fid.—est; 24—28 Fid.—exhibere.

---

7 dim. A^A: emittere *Mu.* || 9—11 *cf. 240. 27* || 12 Filus D^A || 13—15 *cf. 332. 7* || 16 ores (filii mores A^A): *corr. Ald.* || 17 multer L^1 || ducite $L\,B^A$ || filium A^A || 19 Fl. per. *fort. secludend.* || 20 quiete p.: *corr. Me.* || poscente: *corr. I. Dousa, Me.* || praebunt: *corr. I. Dousa, Me.* || 22—23 *cf. 86. 24* || 24 ut pler. B^A: (pler. [*om.* ut] *B*) || Fid. etiam corde app. D^A || 25 [illegible] *alter. secl. Mu.*

FACERE apertam habet significantiam. || Facere, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia (622):
múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.

Vergilius in Bucolicis (III, 77):
cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito.

INCIPIT PER G LITTERAM.

GRAVE, gravidum. Vergilius Aen. lib. I (273):
donec regina sacerdos
Marte gravis.

|| Grave, plenum. Vergilius in Bucolicis (I, 49):
non insueta gravis temptabunt || pabula fetas.

et Georg. lib. III (317):
et gravido superant vix ubere limen.

et lib. I Aen. (151):
tunc pietate gravem ac meritis.

|| Grave, fecundum, frugiferum. Vergilius Georg. lib. III (525):
quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
invertisse gravis?

|| Grave, secundum consuetudinem ponderosum. Vergilius Georg. lib. I (162):
vomis et inflexi primum grave robur aratri.

24—28 Fid.—exhib.; 31 Virg. cum—ven.; 33 Grav. grav.; 36 Grav. pl.; 3 Virg. et gr.—lim.; 6 Grav. fec. frugiferum; 9 Grav.—ponderosum.

---

27 significationem D^A || **28—29** *cf. 543. 25* || aululariam visi *codd. h. l.* || **29** plenum f. t. fidelium A^A || **2—3** *cf. 389. 5* || **4** Aen. lib. I *Quich.* || **6** frug. consuetudine (-nem) ponderosum A^A (*cf. v. 9*) || **7** iubent (-vent) A^A (*non B*) B^A || **10** I *L ex corr.*: *II rell.*

Terentius Heautontimorumeno (92):

hui! tám gravis hos, quaéso?

M. Tullius de Officiis lib. III (35): 'aut certe omni pondere gravior habenda est'.

|| Grave, amarum. Varro Quinquatrubus (440): 15

absíntium utí
bibám gravem ét cástoreúm
levémque róbur.

|| Grave multum [valde] significare veteres probant. Titinius Psaltria (87):

. . . . . gravique obsónio convívas. 20

Nam et graviter multum intellegitur. Caecilius Plocio (163):

placére occepit gráviter, postquam emórtuast.

Accius Deiphobo (131):

. at infando hómine, gnato Láerta, Ithacensi éxule,
quí neque amico amícus umquam grávi' neque hosti hostís fuit. 25

Sallustius Hist. lib. III (46): 'namque is praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate bienni proximi grave pretium fructibus esset'. — M. Tullius de Officiis lib. I (88): 'nec vero audiendi

---

14—18 M. Tull. aut—robur.

---

13 hui tam] ultam || **14** I *L B*^{A} || **15—18** *cf. 190. 27* (*s. v.* absintium, masc.); *337. 7* (*s. v.* levare, minuere) || **17** castorem *L B*^{A} || **18** leueque *codd. hic et 190* || **19** valde *secl. On.*: *ante* intelleg. (*v. 21*) *colloc. Quich.* || **20** conurias *A*^{A} || **21** nam—int. *secl. On.*: *post v. 18* (probant) *colloc. Quich.* || **22** hoccoepit *L* || emortuas *L*^{1} *A*^{A}: est mortua *B*^{A} || **24** gnatu *B*^{A} || aut ab inf. *On.*: aut (?) ad infandum hominem gnatum *Mu.* || Laerta *Both.*, Ithacensi *Me.*: laerat ait hacenase || **25** grauit *L*^{1} || hosti *om. B*^{A} || **26** is *Me. in Corrigendis*: eis (*praec.* e) *A*^{A}: his *L B*^{A} || **27** vitiis *A*^{A} || **28** (promixi Gen., non B) || esse *ed. princ.*

30 qui graviter inimicis irascendum putant'. — Lucretius lib. I (63):

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, obpressa gravi sub relligione.

Varro Gerontodidascalo (183):

úbi graves pascántur atque alántur pavonúm greges.

35 || Grave, grandaevum. Vergilius lib. V (387):

hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

1 || Grave, molestum. || M. Tullius de Senectute (4): 'quod numquam tibi senectutem gravem esse senserim'. — in eodem (67): 'facilius in morbos incidunt [adulescentes], gravius aegrotant, tristius curantur'. — Sallustius
5 lib. II (51): 'et continetur gravis'. || Grave, nocens. Vergilius Georg. lib. III (415):

galbaneoque agitare gravi.

M. Tullius de Officiis lib. III (86): 'magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperi sustulisset'. || Grave, triste. Accius Erigona (54):

10 séd ubi ad finem véntum [est] in quo illum fórs expectabát loco,
† átque Orestes grávi' sacerdos férro prompto adstítuere. †

35—4 Grav.—curantur.

---

30 qui grav. *Cic.*: grav. $L^1 A^A$: grav. qui B^A || putabunt *codd. Cic.* || **30—32** *cf. 327. 1; 379. 10* || **33—34** *cf. 440. 15* (*s. v.* pascere et alere) || **34** verbi gr. $L B^A$ || pascuntur *codd. h. l.* || utque A^A || **35—36** *cf. 251. 25* || **2—3** in eos $L A^A D^A$: idem eodem (?) *Mu.* || **3—4** *cf. 409. 34* || **3** in *om.* $L A^A D^A$ || adul. *om.* $L A^A D^A$ || **5** gravius *Me.* || **6** (gravis *B cum Verg.*) || **7—8** illum b. || **8** unus] humum A^A: hominum $L B^A$ || grave imperium A^A || **9** Accius *om.* A^A || **10** est *del. On.* || in *del. Guietus* || **11** adquem (at.) $B^A E$ || Orestae *Mu.*: Oresten *Grotius* || f. cum p. *Grotius*: *fort.* ferrum promptum || adsistit A^A: ad*sistere Quich.*

Vergilius lib. VIII (582):

gravior ne nuntius auris

vulneret.

|| Grave, forte. Vergilius lib. XII (458): 15

ferit ense gravem Thymbraeus Osirim.

|| Grave, utile. M. Tullius de Officiis lib. I (110): 'ut iam sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturae regula metimur'. || Grave, solidum et firmum. Accius Athamante (194):

† beneficiis gravem hostium peperisti et grave †. 20

idem Nyctegresia (487):

id quód facis gratum ét grave est.

M. Tullius in Hortensio (27): 'unde aut ad agendum aut ad dicendum copia depromi maior gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest?' 25 || Grave, sapiens cum auctoritate. M. Tullius de Officiis lib. I (86): 'quae gravis et fortis civis et in republica dignus principatu fugiet atque oderit'. — et in Hortensio (25): 'quid enim aut Herodoto dulcius aut Thucydide gravius?' || Grave, necessarium. Lucilius lib. XXIX (19):

habeásque *ín* animo mi ádmodum causám gravem 30

fore, quaé me ab ullo cómmodo abducát tuo.

---

19 Grav.—firm.; 22 Accius id—est; 26—29 Grav.—gravius.

---

12 verg. lib. VIII (*sic*) *L* (*cf. v. 15*): verg. georg. (aen. *B*) lib. XII A^A: verg. lib. VIII B^A: '*fort. haustus Georg. locus*' *Mu.* || 17—18 ut etiamsi sint *Cic.* || 18 sat A^A: sit B^A: *om. L* || 19 nostra nostrae nat. *codd. Cic.* || metitur A^A: metiamur *Cic.* || 20 veneficius: (*corr. B*) || hostimentum *Grotius* || p. tibi gratiam *Quich.* || *fort.* . . . benefí. gratiam (grām) hóstium peperisteí gravem || 21 inyctegressia A^A: infetigresia *L* (*pro* in Nyct.?) || 23 u. haut A^A (*non B*) || 27 f. quis || 28 principatum || 29 ut thuc. A^A (*non B*) || 30 habeasque (quae) an.: *corr. On.*: habeas quoque an. *Mu.* || gravum A^A (gratum B): grave L B^A (= [illegible] *gravem* $E H^2$ || 31 add. (*Gen.*) vel abd. (B) A^A.

GRASSARI dicitur supra modum saevire. || || Grassari etiam dicimus ambulare. Titinius Veliterna (140):

vénde thénsam átque mulós; siné [eam]
pedibús grassari; cónfringe eius supérbiam.

Novius Paedio (72):

Caéretanus síne diploida récta grassatúr via.

idem Paedio (73):

núnc res me ipsa répremit; saepe hac sum eádem grassatús via.

Sallustius in Iugurta (1, 3): 'qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur'. — Afranius Excepto (135):

consímili grassantúr via, quibus híc est omni' cúltus.

GARRVLAE dicuntur aves canorae et hilares. Vergilius Georg. lib. IV (307):

garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

|| Garrulus est rursum cordatus. Varro Periplu lib. I (416): 'in hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer'.

GEMINI dicuntur ex uno utero uno die editi. Vergilius lib. VIII (631):

geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros.

1—2 Grass.—amb.; 8—10 Nevius nunc—grass.; 12—17 Garr.—editi.

---

3 thensum A^A || inulos (hinnulos) *M. Hauptius Ind. lect. hib. Berolin. a. 1886 p. 3, Mu.* || eam *seclusi*: eam iam *Mu.* || 4 confringe *Passerat., Me.*: confingere A^A: cumfingere LB^A || 6 cretanus LB^A: errat anus A^A: *corr. Lachm.* || sime: *corr. Lachm.* || deploida A^A (-de B): deploidi a LB^A: deplodia E || 'Caeretanus sine diploida?' 'recta grassatur via' *Mu.* || 7 idem] nevius D^A (*qui prius exempl. omittit*) || Paedio *om.* A^A || 8 ipsam LB^A || haec $A^A D^A$ || h. eadem sum: *corr. Munk.*: eadem hac sum *Bue.* || via a quibus $L^1 B^A$ || 12 hilare L *ante corr.* || 14 -dit B^A || 15 scordalus *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 442*) || *16 cum* A^A || *17—19 cf. 423. 19* || 17 VIIII codd. *h. l.* || 18 ubere LB^A.

|| Geminum rursum simile. Pacuvius Hermiona (174): 20
par fórtitudo, gémina confidéntia.

|| Geminae, duae. Vergilius lib. VI (893):
sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
cornea.

GERERE est habere. Vergilius Aen. lib. II (89): 25
et nos aliquod nomenque decusque
gessimus.

|| Gerere, ferre. Vergilius lib. VII (455):
bella manu letumque gero.

et idem eodem libro (188): 30
laevaque ancile gerebat.

|| Gerere, facere. Vergilius lib. IX (203):
nec tecum talia gessi,
magnanimum Aenean et fata extrema secutus.

GRADVS consuetudine sunt per quod ad altiora domorum 35
et aedificiorum omnium scanditur. Vergilius Aen. lib. I (448):
aerea cui gradibus surgebant limina.

|| Gradus, pedum gradientium vicissitudo. || Vergilius 1
Georg. lib. III (191):
gradibusque sonare
conpositis.

|| Gradus, firmitas standi. M. Tullius de Officiis lib. I (80): 5
'nec tumultuantem de gradu deiciunt'.

20—21 Gem.—conf.; 25 Ger. e. hab.; 28—29 vel ferre—gero; 32—33 Ger.—gessi; 35—1 Grad.—viciss.; 5—10 Grad.—lav.

---

26 decus (*om.* que) A^A (*non* B) || 30 lib. *secl.* (?) *Mu.* || 30—31 *cf.* 554.7 || 35 quod $L^1 A^A$: quos $B^A D^A$ || 36 scenditur *cum ras. supra* e L: ascenditur E || 6 de gr. deici, ut *dicitur Cic.*

GESTIRE est cupere. Lucilius lib. XXX (2):

quanto aurire animus Musarum ex fontibu' gestit.

|| Gestire, laetum esse. Vergilius Georg. lib. I (387):

et studio incassum videas gestire lavandi.

INCIPIT PER H LITTERAM.

HERBA est viride pecorum pabulum. Vergilius Georg. lib. I (134):

et sulcis frumenti quaereret herbam.

|| Herbam veteres palmam vel victoriam dici volunt. Vergilius Georg. lib. III (498):

atque inmemor herbae

victor ecus.

Accius Meleagro (444):

gaúdent, currunt, célebrant, herbam cónferunt, donánt, tenent, pró se quisque cúm corona clárum conestát caput.

Afranius Excepto (145):

fít opu' luculéntum hoc. víci: herbam det.

HABERE, satis esse. Vergilius lib. XII (296):

hoc habet; haec melior magnis data victima divis.

|| Habere planum est quid significet; ut Vergilius Aen. lib. IV (29):

habeat secum servetque sepulchro.

5—10 Grad.—lav.; 12 Herb.—pab.; 14 Herb.—volunt; 19—20 Accius gaud.—caput; 25 Hab.—significet.

7—8 *cf. 319. 15* (*s. v.* haurire) || 8 quantum *codd. 319* || e f. *L B*^{A} (= *G*): et f. *A*^{A} *D*^{A}: et *vel* ea f. *codd. 319* || 9—10 *cf. 32. 29* || 11 *om. A*^{A} || 12 pab. * * * *Mu.* || 13 quaerere *L*^{1} *A*^{A} || 14 palmulam *L*^{1} || 19 conterunt *L ex corr.* || 20 constat *L B*^{A}: conectat *A*^{A} *D*^{A}: *corr. Mu. post Ribb.* || 22 dici: *corr. Passerat.* || *24 hoc m. L ante corr. B*^{A} || 25 ut *secl.* (?) *Mu.*

Terentius Andria (39):

quod hábui summum prétium persolví tibi.

|| Habere, tenere, occupare. Vergilius Aen. lib. II (290):

hostis habet muros. 30

Lucilius lib. XXIX (4):

hoc tum ílle habebat ét fere omnem Apúliam.

Plautus Aulularia (657):

póstremo hunc iam pérscrutavi: níhil habet . . . .

Terentius Andria (82): 35

certe cáptus est:

habét.

|| Habere rursus habitare. Sallustius in Catilinae bello (52, 13): 'credo, falsa existimans ea quae de inferis memorantur: || diverso itinere malos a bonis loca taetra, 1 inculta, foeda atque formidulosa habere'. — Vergilius lib. VII (131):

quae loca quive habeant homines.

Afranius Excepto (136): 5

ubi hic Moschis, quaéso, habet meretrix Neapolítis?

Accius Philocteta (537):

úbi habet? urbe agróne?

Plautus Aulularia (5):

patri, avo iam huius, qui nunc hic habet. 10

29—32 Hab.—Apul.; 38—2 Hab.—habere.

27—28 *cf. 366. 5* || 32 mapuliam (*praec.* m) L^1 || 33—34 (pers.) *cf. 469. 1* || 34 hic nihili hab. *codd. Pl.* || 35—37 *cum 23—24 coni. Mu.* || 36 certo (-tu?) *L ante corr.* || 4 quive *codd. Verg.*: quae (a *pro* u) || 6 moscis || meletrix || 8 turbae (-be\). corr. ed. *princ.* || 10 *abo:* avoque *codd. Pl.*

|| Habere, dicere. Terentius in Eunucho (399):

labóre alieno mágno partam glóriam
verbo in se transmovet qui habet salem;
quod ín te est.

15 || Habere, facere. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (539): 'saltem infernus tenebrio, *κακὸς δαίμων*; atque habeat homines sollicitos, quod eum peius formidant quam fullo ululam'. — M. Tullius de Republica lib. III (24): 'nam cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet
20 infestum uno myoparone: «eodem», inquit, «quo tu orbem terrae»'. || Habere, audire. Lucilius lib. XXVIII (10):

habés omnem rem: tímeo ne accussér . .

Terentius in Hecyra (194):

habés omnem rem; pérgam quo coepi hóc iter.

|| Habere, dirigere. Lucilius lib. XXIX (52):

25 huc, álio cum iter habéret, praeteriéns venit.

HABITARE est inhabitare. — Habitare, uti. Varro Sermone Latino lib. III (63): 'utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt'. — idem Rerum Divinarum lib. XVI (66): 'hoc nomine antiquos secundis rebus comas habitasse'.

30 HIARE est aperiri. Sallustius Hist. lib. IV (17): 'atque hiavit humus multa vasta et profunda'. || Hiare, mirari, stupere. Vergilius Georg. lib. II (508):

30—32 Hiare — stupere.

11—14 *cf. 223. 11* || **13** verbis saepe in se *codd. 223* (*cum Ter.*) || **16** tenebro: *corr. Iun.* || *κ. δ. secl. On.*: *ὁ κ. δ. Oehler.* || agit atque *Mu.* || habet *ed. princ.* || **17** eum *Iun.*: cum || ulula: *corr. Iun.* || **17—20** *cf. 125. 13* (*s. v.* infestum mare haberet); *534. 16* (*s. v.* myoparo) || **19** -sum *codd. h. l.* (*corr. H*[3]) || quo sceleris inpulsu *Mu.* **22** in heautontimorumenon (*om.* in *B*[4]) || **25** hunc: *corr. ed. a. 1476* || **26** Habitare u. *Turneb.*: habere u. || **27** de. S. L. *ed. princ.* || **27—28** m. et picrocum *L*[1]: (m. epicrocum *H*[1]) || **29** secundisi. *L* || comam *Quich.* || **30** Habere (*Gen.*) *vel Hiare (B) A*[4] || **31** vastum et profundum *Mu.* || **32** III *L.*

hunc plaussus hiantem
per cuneos geminatus enim plebisque patrumque.

et Aeneidos lib. VI (493): 35

inceptus clamor frustratur hiantis.

Varro Marcipore (277): ‖ 'quid? qui vident et 1
circumstant, non rident?' — 'credo ridere: hiantis video, ridentis non audio'.

HORRENDVM significat vitabile et terribile. Vergilius lib. VI (99):

horrendas canit ambages antroque remugit.

‖ Horrendum, novum et admirandum. Vergilius Aen. 5
lib. III (26):

(horrendum dictu!) video mirabile monstrum.

idem lib. VIII (564):

nascenti cui tris animas Feronia mater
(horrendum dictu!) dederat.

‖ Horrendum, ridiculum. Vergilius Georg. lib. II (387): 10

oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

HAVRIRE significat exaurire vel impleri. Lucretius lib. IV (2):

iuvat integros accedere fontis
atque aurire.

---

36 Virg. inc.—hian.; 3—5 Horr.—admir.; 12 Haur.—impl.

---

35 Sec.—plac.; 37 Subm. s. hum.; 4—5 Subm.—possis; 6—7 Subm.—taur.; 10 Sev. tr.; 15 vel grave.

---

35 VI $L^2 A^A$ (*non B*) || 36 mersatur missusque *Verg.* || 1 et abi.] aetale et || 2—3 *cf. 367. 14* || 3 (fertur ad aures *B cum codd. 367 et Verg.*) || 5 censeas (*seq.* s): *corr. I. Dousa*: -am *Quich.* || 6 dmittere L^1 *ut vid.*: dem. $A^A B^A$: dim. D^A: *corr. Quich.* || 7 (et *om. B cum codd. Verg.*) || (submittite et auros *Gen.*[1]) || 9 statuis || 11 Insania *Roeper.* || 12 nexa: *corr. Bue.*: fixa *Mu.* || 13 fluctuanti: *corr. Ribb.* || 15 VII.

|| Severum, asperum, trucem. M. Tullius in Hortensio (90): 'aliud ex silvis severum et triste'. — Vergilius lib. VII (713):

qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum.

|| Severum, saevum, inplacidum, vitabile. Vergilius in Georg. lib. III (37):

Invidia infelix Furias amnemque severum
Cocyti metuet.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium'.

SOLVERE usu significat enodare. Vergilius lib. VII (403):

solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.

|| Solvere, debitum reddere. Sallustius in Catilinae Bello (33, 2): 'argentum aere solutum est'. — M. Tullius in Verrem, Divinatione (32): 'pro quo frumento pecunia omnis soluta non est'. || Solvere, dimittere. Vergilius Georgicon lib. III (64):

solve mares, mitte in venerem pecuaria primus.

|| Solvi, a curis liberum esse. Vergilius Georg. lib. II (386):

risuque soluto.

idem Aen. lib. I (562):

solvite corde metum, Teucri.

17—18 Sev.—tri.; 20 Sev. sae. inplacidum; 22—23 Virg. amn.—Cocyti; 26 Solv.—enod.; 28 Solv. deb. redd.; 30—31 M. Tull. pro—dim.; 33 Solv.—esse; 36 Virg. solv.—Teucri.

---

17 truce (?) *Mu.* || 17—18 *cf. 409. 20* || 18—19 *cf. 181. 12* || 19 tetrice *Mu.* || horrentis E^1: orentis A^A: orantis $L\,B^A$ || rumpes A^A (*non B*) || sev. (*adiect.*) *Mu.* || 24—25 *cf. 326. 15* || 25 in f. *codd. 326*: inqui f. L^1: inquo f. A^A: inquit (-id) in B^A || 31 admittere *Quich.* (*cf. ad v. 6*) || 31—32 *cf. 348. 18*; *433. 22* || 33 Solvere: *corr. Quich.* || curiis L^1 A^A (curtis $Gen.^1$: curis *Gen.*^{2}*B*) || 36 metuo L^1.

|| Solvere, contempnere, despicere. Vergilius Aen. lib. IV (55):

solvitque pudorem.

|| Solvere, excipere. Vergilius lib. X (111):

nec populos solvo. ||

SVPERBVM, adrogans, truculentum, asperum. Vergilius in Aen. lib. III (326):

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum.

idem lib. X (514):

te, Turne, superbum
caede nova quaerens.

|| Superbum, vitabile. Vergilius lib. VIII (196):

foribusque adfixa superbis
ora virûm tristi pendebant pallida tabo.

|| Superbum, elatum, altum. Vergilius Georg. lib. III (117):

et gressus glomerare superbos.

idem lib. VII (630):

Atina potens Tiburque superbum.

|| Superbum, ornatum. Vergilius Aen. lib. II (504):

barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere.

|| Superbum, opulentum. Vergilius lib. IX (324):

simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
extructus.

---

1 Sup.—asp.; 5—6 Virg. te—quaer.; 10—11 Sup.—sup.; 14 Sup. orn.; 17 vel opulentum.

---

37 *om.* Verg. Aen. (*Gen.*) *vel* Aen. (*B*) A^A || **40** (Rutulos *B cum Verg.*) || **2—3** *cf. 405. 23; 407. 15; 458. 28* || **3** stirpes ach. fatus $L^1 A^A$ || **4—6** *cf. 240. 32* || **10—11** *cf. 106. 26; 295. 23; 330. 18* || **13** uina: (*corr. B*) || potentibusque A^A (*non B*) || **18—21** *om.* A^A (*propter homoeotel.; cf. ad v. 21*) || **19** (qui)—**20** *cf. 542. 12.*

|| Superbo, iniquo. Vergilius lib. VIII (118):
quos illi bello profugos egere superbo.

STARE consistere omnium consensu dicitur. Vergilius [in] Georg. lib. III (84):
stare loco nescit.

Plautus Amphitryone (276):
ita statim stant signa omnia.

|| Stare iterum horrere significat. Titinius Veliterna (144):
atque íllud ante pártum comedet; fúndi stabunt séntibus.

Caecilius Syracusiis (219):
híc amet, familiaé fame pereant, áger autem stet séntibus?

Vergilius Aen. lib. XII (407):
iam pulvere caelum
stare videt.

|| Stare, erigi, prominere. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 103):
hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
pectore marmoreo.

|| Stare, fidem habere. M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'facere promissa, stare conventis, reddere deposita'.
|| Stare, valere et constare et fixum esse. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (178): 'atque si addam, quanti misericordia mea heredibus meis stet, quot miseros sublevaverim'. — Vergilius lib. X (467):
stat sua cuique dies.

---

23 Sta. consi. dic.; 35—37 Sta.—marm.; 40 Sta.—esse.

21—22 *cf. 243. 22* || 21 VIIII *L* (*cf. ad v. 18*) || 22 profugus $L^1 A^A$ || ex genere L^1: exgerere *ut vid.* A^A (*non B*) || 24 in *om.* A^A || 26—27 *cf. 393. 13* || 27 stant *codd. 393*: ad || 29 partu A^A || 31 fame familiae *Mu.* || 34 vident *Verg.* || 35 XXVIII A^A (XXVII *B*) B^A: XXVIIII *L* || 38 fid. servare Mu. || 39 astare (*praec.* a) B^A: adstare A^A: assare ex adr || 41 *quanta: -ti Gulielm.*: -to Quich. || 42 quod.

et lib. II (750):

15 stat casus renovare omnes.

1 || Stat etiam plenum || est. Lucilius Satyrarum lib. V (4):

interea stat sentibu' pectus.

Vergilius in Bucolicis (VII, 53):

stant et iuniperi et castaneae hirsutae.

5 Varro Eumenidibus (126):

denique avarus
quî sanust? cuii stet terrai traditus orbis:
furando tamen, ac morbo stimulatus eodem,
ex sese ipse aliquid quaerat cogatque peculi.

0 Sisenna lib. IX (130): 'caelum caligine stat'.

SPISSVM densum dicimus. Vergilius in Georg. lib. II (234):

sin in sua posse negabunt
ire loca et scrobibus superabit terra repletis,
spissus ager.

.5 || Spissum significat tardum. Cicero de Oratore lib. II (213): 'et principia tarda sunt et exitus tamen spissi et producti esse debent'. — Caecilius Dardano (25):

nihil speí ego credo: ómnis res spissás facit.

Titinius Gemina (54):

10 longús sérmo habétúr; revórtétur spíssá.

45—1 Virg. stat—est; 10—11 Sis. cael.—dic.; 15—17 Spiss.—deb.

---

44 est LA^A || 2 'Lucilius, stat sentibus fundus' *Donat. ad Ter. Andr. IV, II, 16* || 6—7 d. q. sanus est av.: *corr. Oehler., Mu.* || 7 qui *E* (*cum Cant.*): quis (*seq.* s) *rell.* || cui stet (cui est et *B*) A^A: cui si stet LB^A || terrai *Lachm.*: terra id (*seq.* t) || 8—9 *cf. 264. 20*: (*s. v.* cogere, conradere) || 8 a *Lachm. comm. Lucr. p. 85* || 12 sic L^1A^A || nagabunt A^A || 13 superavit: (*corr. B*) || repletus L^1A^A || 15—17 Cic.—deb. Sp. sign. tard.: *transp. Quich.* || 15 tarde: *corr. Guietus* || 16 tardano A^A || 18 n. e. spei cr. LB^A: n. rei e. cr. A^A (spe *Caecil; cf. Class. Rev. X, 425*).

Afranius Incendio (196):

itaque spissum videtur fieri, non possum domi
meúm virum expectáre, quem mihi stúdeo iamdudúm dari.

idem Matertera (210):

quod deféssa expectandó domi 25
sédi, quod spissó venire vísu's tu, Maní, mihi.

Plautus Poenulo (791):

eheú, quom ego habui háriolos, arúspices?
quia quid bene promittunt, perspisso evenit;
id quód mali promíttunt, praesentáriumst. 30

Naevius Gymnastico (59):

át enim tu nimís spisse atque tárde incedis.

Turpilius Canephoro (9):

íta est. verum haut facile ést venire illo, úbi sita est Sapiéntia:
spíssum est iter; adipísci haut possis, nísi cum magna míseria. 35

Varro Mysteriis (332): 'nascimur enim spissius quam emorimur. vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum; contra una pestilentia aut hostica acies puncto temporis inmanis acervos facit'. — et Periplu lib. II, περὶ φιλοσοφίας (418): 'et ne erra- 40

28—30 Plaut. arusp.—praes. est.

22 itaque *om. E* || sp. mihi vid. *Bue.*: sp. cum vid. *Mu.* || possum B^A (*cum E*): possunt $L\,A^A$ || 24 -teris *Passerat.* || 25 quae def. *Mu.* || expectando *L* (*cum G*): spectando A^A || 26 (quo *B*): quom (?) *Mu.* || visum est mani mihi: *corr. Mu.* || 28 quam || 29 quia quid $L\,B^A\,A^A$ (quia qui *B*): quod D^A: qui siquid (-it) *codd. Pl.*: quidquid *Mu.* || boni *Itali apud Pl.* || evit A^A || 29—30 persp.—prom. *om. codd. Pl.* || 30 id quid $L\,A^A$: id quod $B^A\,D^A$ || praesentarium est (-riist) *codd. Pl.*: praesentari est (-ie est D^A) || 34 ita. v. *Ribb.* || aut: *corr. Bentin.* || illi: *corr. Lips.* || si ita est L^1 *ut vid.* A^A: spissa est B^A: (*corr. B*) || 35 apisci *Ribb.* || aut: *corr. Lips.* || possis *Lips.*: posse: potis est (?) *Mu.* || 36 Var. *add. Ald.* || enasc. *Mu.* || 37 quam memorimur A^A (non *B*) || 38 aut hostica *Laurenberg.*: austica || 39 puncta: corr. A^1 *40 et ne L ante corr.* B^A: et pe (ET IIE) L ex corr. A

1 remus, || ectropas esse multas; omnino tutum esse, sed spissum iter'. — Pacuvius Hermiona (179):

. . . . . hábet hoc [senectus] in se cúm pigra est
ipsa, út videantur cónfieri spisse ómnia.

5 STATIM mox dicitur. Cicero in Verrinis (II, II, 19): 'statim Messana litteras dedit, ut Alesinus ad se Dio continuo veniret'. || Statim producta prima syllaba, a stando, perseveranter et aequaliter significat. Terentius (Phorm. 789):

bina talenta
10 capiébam statim.

Plautus Amphitryone (239):

néc recédít locó quín statím rém gerát.

idem in eadem (276):

ita statim stant signa omnia.

15 Ennius Aiace (17):

. . qui rem cum Achívis gesserúnt statim.

Afranius Augure (10):

quamquám non istis éxercetur ín locis,
hic nóster delabórat cum pueró statim.

20 SVPERSTITES dicimus qui supersint mortuis. || Superstites veteres ponebant incolumes. Terentius Andria (487):

deos quaéso ut sit supérstes.

3—4 Pacuv. hab.—sp. o. v. conf.; 20—22 Sup.—sup.

---

1 extropas *L A^A*: exstrophas *B^A*: *corr. Iun.* || totum: *corr. Iun.* || 3 senectus *B^A*: *om. L A^A D^A* || in sese *Ribb.* || 4 ipsa c. p. e. *Ribb.*: ipsa c. pigret *Mu.* || ita *A^A D^A* || ut sp. o. videantur (-atur *G*) conf.: ut ei v. sp. c. o. *Mu.* || 5—6 (*II, I, 27*) st. Mess. litt. ded. et (*II, II, 19*) statim Messana litteras Alesam mittit ut *Mu.*, *Quich.* || 6 -anam (mecs-*L*[1], mets-*A^A*) || 8 perseveram herede qualiter *L A^A* || 9—10 *cf. 254. 5* || 9 tal. argenti bina *Ter.*: latent argenti moenia nam *codd. 254* || 10 statim capiebat *codd. 254* (*cum codd. Ter.*) || 13—14 *cf. 391. 26* || 14 ita *om. E*[1] || 16 achibidis *A^A* || 19 puer: *corr. Quich.*: puera *Ritsch. Opusc. IV, 274* || 20 supersunt *D^A* (*cum B*).

Plautus Asinaria (16):

sicúti tuum vis únicum natúm tuae
superésse vitae sóspitem et supérstitem. 25

Vergilius lib. X (47):

liceat superesse nepotem.

Accius Alcimeone (59):

suós deseruit líberos supérstites [sunt].

SPVRCVM, saevum vel sanguinarium. Afranius Divortio 30
(57):

muliér; novercae nómen huc adde ímpium:
spurca gingi † vestigia aut dici potest.

Lucilius Satyrarum lib. IV (15):

Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque: 35
cum Pacedeiano conponitur, optimu' multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

Afranius Fratriis (164):

cónmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam ínprobi. ||

24—25 Plaut. unicum—sup.; 30 Spur.—sang.; 34—35 Lucil. Asern.—homo.

---

24 (sicut *Cant.*[1] *H*[1] *ut vid. cum codd. Pl.*) || tum || **26—27** *secl. Mu.* || **29** sunt *del. Both.* || **32** vestigi aut A^4: vestiga aut L^1: vestigia aut B^4 || spurcei ingeni (*Both.*) vestigia haut dici petes *Mu.*: spurca magis gigni bestia aut dici hau potest *C. F. Mueller*,: spurca gingivast, gannit hau dici potest *Ribb.*: *fort.* spurca gingiva est, Stygia—haut dici potest || **34** Aes. *Cic. Tusc. II, 41*: aserninus || flacco fuit quidem sam. D^4 || munere *Turneb. Adv. XXIX, 2*: unae (*praec.* m.) || quidam LB^4: quidem $A^4 D^4$ || **35—37** *cf. 257. 19* (*s. v.* conponere) || **35** ista codd. 257 || **36** pacideiane (-nec) *codd. 257* || **37** natus codd. h. l. || **39** furta *Mu.* || *spurcitia: corr. Iun.*

1 idem Divortio (52):

o dígnum facinus! ádulescentis óptumas,
bene convenientes, concordes cum vireis,
repénte viduas fáctas spurcitiá patris!

5 Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'nequis lictorem spurcum hominem liberum prehendere iussisse velit'. || Spurcum, vehemens, asperum. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 13): 'cum iter facerem ad Aquilam Claternam tempestate spurcissima'. — Varro Eumenidibus (153): 'nunc de te, inquit, meliusculam spem habeo,
10 qui rem spurcissimam gustare nolueris'. || Spurcum significat obscenum et inpurum et lutulentum. Plautus Asinaria (807):

tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit.

Pomponius Prostibulo (154):

quaé peditibus núbere
15 póterant, equites spérant spurcae.

|| Spurcum etiam fetidum. Plautus Menaechmis (168):

nam éx isto locó spurcatur násum odore inlútili.

Lucretius lib. VI (781):

deinde videre licet quam multae *sint* homini res
20 acriter infesto sensu spurcae*que* gravisque.

---

7 Spur. v. asp.; 9—12 Varro nunc—hab.; 16 Spur. et. foet.

---

2 o indignum *Delrius* || 3 concordantes *Mu.*: et concordes *Both.* || vires || 4 facias: *corr. Guietus* || 5 Spurcum, vile. Varro (?) *Mu.* || nec quis A^4 || lectorem: *corr. Passerat.* || 8 facerent *Mu.* || ad Aquilam *Gurlitt.*: ad (at) hi qui iam: ad Hirtium *Roth.* || 9 laternam B^4 || 9 (Var.)—10 (nol.) *post 11* (lut.) *colloc. Quich.* || 10 noluerim (*seq.* s): *corr. Popma* || 12 pure *Scal.* || 14 pedibus: *corr. Casaub. M S. ap. Me.* || 15 non pot. *Mu.* || 17 nam ex istoc *codd. Pl.*: nec isto || inlutibili: *corr. Ritsch.*: inlucido *codd. Pl.* || 19 sint *om.* || 20 infestu || spurcae (*om.* que).

idem lib. VI (976):

at contra nobis caenum taeterrima cum sit
spurcities, eadem subus iucunda videtur.

Lucilius lib. XI (6):

praetor noster ad hoc quam spurcust ore, quod omnis 25
extra castra, ut stercu', foras eiecit ad unum!

idem lib. XXVIII (60):

quaeque aspectu sunt spurca et odore.

SICCVM dicitur aridum et sine umore. Vergilius lib. V (180):

summa petit scopuli siccaque in rupe resedit. 30

|| Siccum, exercitum. Lucilius lib. XXVI (94):

cúm stadio in gymnásio in duplici córpus siccassém pila.

|| Siccum dicitur et sobrium, modicum. Plautus Asinaria (857):

síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxime.

idem Pseudolo (184): 35

vino modo cupidae estis:
eo vos vestrosque adeo pantices || madefactatis, cum ego 1
sim hic siccus.

Cicero Academicorum lib. II (fr. 9): 'alius adultis, alius valentibus, alius aegris, alius siccis, alius vinulentis'.

28—31 Lucil. quaeque—exerc.; 33 vel sobr.

---

21 idem eodem *Iun.*: item (*del.* lib. VI) *Mu.* || 23 spurcit..s E^1: -tiis *rell.* || eadem subus haec ciuunda (inunda) *codd. Lucr.*: idem subrutunda (-tenda A^4) || 25 adhuc: *corr. Mu.* || quem A^4 || spurcus: *corr. Me.*: sp. sit *Mu.* || 28 aspecto D^4 || 30 resedit E^1D^4 (*cum B*): sedit *rell.* || 31 exercitatum D^4 || 32 gymnasi cum st. in dupl. *Mu.* || pilas (*seq.* s): *corr. Ald.* || 33 modicum *Goetz.*: maditum A^4: madidum B^4: aditum L^1 || 35—36 *cf. 500. 18* || 1 eo vos vestros panticesque adeo madefacitis (-fecistis) *codd. Pl.* || 2 alios ad.: (corr. B): al. *pueris, al. ad.* (?) *Mu.* || 3 val. *Quich.*: lentibus || eugris: (cor

— Varro Cato vel de liberis educandis (27): 'Persae propter exercitationes puerilis modicas eo [se] consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent neque emungerentur sufflatove corpore essent'. || Siccum, firmum. M. Tullius de Senectute (34): 'nullo imbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem'.

SEGES est frumenti fructus. Vergilius Aen. lib. II (304):

in segetem veluti cum flamma furentibus austris.

|| Segetem [terram. M. Tullius in Hortensio (24): 'ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant'.] etiam ipsam terram dicimus. Vergilius Georgicon lib. IV (129):

nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho.

et in Aen. lib. III (142):

arebant herbae et victum seges aegra negabat.

Plautus Aulularia (45):

tibi égo rationem réddam, stimulorúm seges?

id est, in qua stimuli eripi possunt. — Accius Oenomao (493):

forte ánte auroram, rádiorum ardentum índicem,
cum sómno in segetem agréstis cornutós cient,

4—9 Varro propt.—fruct.; 11—13 Seg.—serant; 15—17 Virg. nec—neg.

---

4 (Var.)—6 (es.) *post 6* (firm.) *colloc. Quich.* || 4 vel *om.* A^A || 4 (eo)—5 *cf. 481. 13* (*s. v.* emungerentur) || 4 eo se conse. LA^AB^A: eam sunt conse. *Ald. anticipaverat scriba alteram syllabam verbi* || consuiti (-sueti) *codd. h. l.* || 5 spuerentur (esp. A^A) *codd. h. l., fort. recte* || 7—8 (sit) *cf. 246. 23* || 9 frum. ut fruct. A^A: frum. et fruct. D^A || 10 aus. incidit *Verg.* || 11 Seg. terr. *del. Quich. qui huc traiec. illa* (Segetem) eti. ips. terr. dic. (*v. 13*) || 11—12 *cf. 401. 8* (*s. v.* subigere, mollire vel exercere): *seclusi (Rhein. Mus. LVII, 204)* || 13 Segetem eti. B^A || 18—19 *cf. 381. 12* || 20 stimulis L^1 || seri poss. *Guietus* || 21 ferte (perte L^1): *corr. Turneb., Lips.* || ardentem: (*corr. P*) || 22 c. e som. *Lips.* || summo A^A.

ut rórulentas térras ferro † fidas
proscíndant glebasque árvo ex † molli éxcitent.

idem [in] Andromeda (115): 25

quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse intélleges.

Lucilius Satyrarum lib. VII (28):

solam auram adversam segetem inmutasse satumque.

Varro *'Αλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας* (22): 'etenim quibus seges praebeat domum, escam, potionem, quid desideremus?' 30

SVMERE est accipere, tollere. Vergilius lib. V (533):

sume, pater.

Sallustius in Iugurtae Bello (71, 4): || 'epistulam super caput in pulvino temere positam sumit'. — 1
M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 63): 'iste unumquodque vas sumere in manus, laudare, mirari'.

Lucilius lib. XXVIII (58):

. . omnia viscatis manibus leget; omnia, 5
crede mihi, presse auferet omnis † et . . .

Plautus Aulularia (640):

nón equidem [ego quia] voluptáte sumsi néque tetigi.

|| Sumere, suscipere. Lucilius lib. XXVI (10):

húnc laborem súmas, laudem quí tibi ac fructúm ferat. 10

---

31 Sum.—toll.; 2—3 M. Tull. iste—man.; 9—10 Sum.—fer.

---

23 terram A^A || fer. fumidas *Ribb.*: *fort.* fer. diffidas || 24 *fort.* gl. quí aruo || mollito exc. *Mu.*: molli exsusc. *Fruterius ap. Gruter. V, 385* || 25 in *om.* $L^1 B^A$ || 26 aut || obesse intellegis: *corr. Gulielm., Fruter.* || 28 solem: (*corr. G*) || statumque: *corr. I. Dousa* || 3 in man. sum. *codd. Cic.* || 4—5 (leg.) *cf. 332. 40* || 5 l. o. sumet *Bentin.* || 6 <omnia> cr. *Quich.* || pr. res auf. om. *Popma.*: *fort.* pr. auf., omnia sumet || et *del. Mu.*: *in v. 7 colloc. edd.* || 8 quia $A^A E$: qua $L B^A$ || suam si *L* || non hercle equidem quicquam sumpsi *codd. Pl.* || voluntate Mu. || 10 fructu A^A (*non B*).

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (8): 'verum hoc loco sumo de verbis his eandem vim voluptatis'. || Sumere etiam significat eligere. Lucilius Satyrarum lib. III (47):

et spatium curando corpori honestum
sumemus.

Plautus Aulularia (674):

Silváni lucus éxtra murum est ávius,
crebér salicto opplétus: ibi sumám locum.

Lucilius Satyrarum lib. X (7):

honorum est
iudicium Crassis, sicut descripsimus ante.
hoc est: quid sumam, quid non? in quoque locemus?

et lib. XIX (10):

sume diem, qui est visu' tibi pulcherrimus unus.

Sallustius in Iugurtae Bello (85, 10): 'scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepide festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui'. — M. Tullius in Hortensio (48): 'quare velim dari mihi, Luculle, iubeas indicem tragicorum, ut sumam, qui forte mihi desunt'. || Sumere, conducere. M. Tullius de Officiis lib. III (89): 'quoad enim perventum est eo quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium'.

12—13 Sum. eti. elig.; 24 Lucil. sume—unus.

11—12 *cf. 121. 24* || 12 de *om. codd. 121* (*cum codd. Cic.*) || 14 -re || 17 silvam A^4 || 18 crebro *codd. Plaut.* || salictu || summam: (*corr.* H^3) || 20 bonorum est *I. Dousa* || 21 iudicum A^4 || sicut *Corpet*: ut (*praec.* s) || discribimus (descr. *Cant.*[2]): *corr. I. Dousa* || 22 quo quaeque loco res *Mu.* || 26 gnarus $L\,A^4$ || trepidet *codd. Sall.* || festinat A^4 || 27 nitorem $L\,A^4$ || 28 Luc. —mihi *om.* A^4 || si qui *Orelli.* || 29 desint *Mu.* || 30 perventum sit *codd. Cic.* || 31 navis *codd. Cic.*: vis.

SVFFERRE est sustinere. Vergilius [in] Aen. lib. II (491):

nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent.

Accius Myrmidonibus (17): 35

égo me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

|| Sufferre significat dedere vel subponere. Plautus Casina (949): ||

íntro ad uxorém meam 1
súfferámque eí meúm térgum ob íniúriám?

idem Poenulo (855):

út enim ubi mihi vápulandum sít tu corium súfferas.

Accius Nyctegresia (486): 5

aut égo illum eripiam aut ílli poena súfferar.

Afranius Prodigo (272):

nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
aliquíd sufferre graéce; inridet me ílico.

SVRGERE, crescere, augeri. Vergilius [in] Georg. 10
lib. I (161):

quîs sine nec potuere seri nec surgere messis.

idem Aen. lib. IV (274):

Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
respice.

32—34 Sust.—val.; 37 Suff.—supp.

---

32 Sustinere est sufferre $A^A D^A$ || in *om.* B^A (*cum* $E B$) || 1 eam *Gerlach.* || 2 sufferamque ei *Me.*: sufferam quae (que) et $L B^A$: suff. et quae A^A || 4 varulandum A^A || sorium || 6 ut ego (?) *Mu.* || ergo A^A || ut il.: (*corr. B*) || sufferam: *corr. Mu.* || 7 Sufferre, efferre. Afr. *Mu.* || Prodito *Quich.* || 8 (pudet it ubi *G*) || 9 suffero: *corr. Both.* || 10 augere: corr. *Quich.* || in *om.* A^A.

15 || Surgere, erigi. Sallustius Historiarum lib. V (20): 'sella surgere, caput aperire solitum'. — Terentius in Adelphis (520):

ut tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.

Vergilius lib. VIII (68):

surgit et aetherii spectans orientia solis
20 lumina.

SACRVM est sacratum vel religiosum. Vergilius lib. VI (484):

Cererique sacrum Polyboeten.

et in lib. VII (247):

sceptrumque sacerque tiaras.

25 || Sacrum etiam scelestum et detestabile: ita et consecratum. Afranius Fratriis (185):

ó sacrum scurram ét malum!

Plautus Poenulo (88):

vendít eas omnis, ét nutricem et vírgines,
30 praesénti argento — hómini, si leno ést homo,
quantum hóminum terra sústinet, sacérrimo.

Vergilius (Aen. III, 57):

auri sacra fames.

Lucilius Satyrarum lib. XV (24):

35 ac de isto sacer ille tocoglyphos ac Syrophoenix
quid facere est solitus?

---

21 Sacr.—rel.; 25 Sacr.—det.; 33 Virg. auri s. f.

15—16 *cf. 236. 19* || **16** surgere de sella (sylla) *codd. 236* || **17** electum equeat *L* || **18** VIIII *L A*[4] || **19** aetheris *L A*[4] || **22—23** *om. A*[4] (*propter homoeotel.*) || **23** in *secl. Mu.* || **25** i. et c. *secl. Mu.*: *post* relig. (*v. 21*) *colloc. Quich.* || **27** scurram *Ald.*: succurram (-uram) || **29** omnis] crinis || **30** praesens *codd. Pl.* || **31** hominus *A*[4] || terras s. || **35** adde i. *Ald.* || istos s.: *corr. Turneb.*) || ille (*Iun.*) tocoglyfos (*Roth.*) ac syrophoenix (*Iun., Turneb.*) *Mu.*: illotocolfo saxsiro (*L cum G*: saxiro *A*[4] *E*) fenix (phoenix *B*) || **36** quod (?) *Mu.*

Turpilius Demetrio (25):

etiám me inrides, péssime ac sacérrime?

idem Lindia (133):

abhinc triénnium 40
sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
lenó.

Varro Lege Maenia (240): 'signa tum sacra esse desierunt, posteaquam homines sunt facti'. ||

SAVCII dicuntur proprie vulnerati, non maesti, sicuti 1
vult consuetudo. Accius Phoenissis (597):

obít nunc vestra moénia, omnis saúcios
convísit, ut curéntur diligéntius.

Turpilius Epiclero (64): 5

patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium.

Sallustius Hist. lib. II (67): 'avidis itaque promtis ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur'. — Vergilius in Aen. lib. II (223):

qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus. 10

et lib. VII (500):

saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'itaque multis civibus ex utraque parte sauciis, multis occisis fugatur'.

1—2 Sauc.—cons.; 7—8 Sall. ita pr.—sauc.

37—38 demetrius etiam *L A*[A]: demetrio sed (set) iam *B*[A] || 38 inridens (irr.): *corr. Iun.* || 41 sacerrimus *Both.* || 43 signa tum *Lips.*: signati: signa *Vahlen.* || 44 sunt sacri *Mu.*: sunt f. sacri *Fruter.* || 3 obit *Me.*: ubi || 6 patrocinatem *A*[A] || saucius *L B*[A]: *om.* *A*[A]: *corr. Lips.* || 7—8 *cf. 553. 25* (*s. v.* tragula) || 7 III *codd. 553* || a. itaque *scripsi* (*cf. Class. Rev. XVI*, 48): avidisque ita *codd. h. l.*: avidissimis atque codd. 553: a. ita *Dietsch.* || 14 ex utr.—fug. *om.* A[A].

SVPPLICIVM dicebatur damnatio vel poena. Vergilius in Aen. lib. IV (382):

medíis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis.

|| Supplicium rursum supplicatio. Sallustius in Catilinae Bello (9, 2): 'in suppliciis deorum magnifici'. — Accius Epigonis (298):

núnc pergam, ut supplíciis placans caélitum aras éxpleam.

Afranius Fratriis (170):

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos supplíciis, sumptu, vótis, donis, précibus, plorans, óbsecrans nequíquam defetígarem.

SAMIVM est testeum. Lucilius Satyrarum lib. XIII (5):

et non, pauper utei, Samio curtoque catino.

M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'oratio Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam simpuia pontificum dis inmortalibus grata sint Samiaeque, uti scribit, capudines'. || Samium rursum acutum. unde et samiare dicimus acuere, quod in Samo [insula] hoc genus artis polleat. Lucilius Satyrarum lib. VII (21):

hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere eius,
testam sumit homo Samiam; ibi "anu noceo" || inquit;
praeceidit caulem testisque una amputat ambo.

---

15 Supp.—poe.; 19 Supp. r. supp.; 23—27 Afr. null.—cat.; 31—33 Samium—poll.

---

17 medii siq.: (*corr. B*) || 18 aus. L^1 || 19 rursus $L\,B^A$ || 20 epigono (-na B^A): *corr. Ald.*: Erigona *Me.* || 22 pergamus suppl.: (*corr. B*) || 24 vatis (atis D^A): *corr. Bongars.* || 27 pauper uti *codd. v. 28*: pauperitiae *codd. h. v.* || 28 M. Tullius de republ. lib. III et non pauper uti oratio et in libro sexto laeli (leli): *restit. Iun.* || testatur or. *Mu.* || 30 gratas instamiae quae A^A || uti *Halm.*: ut hi: ut is *Iun.* || 31 cappudines: caped. *Ald.* || 32 insula D^A: *om. rell.* || 34 ulc.] lucilius A^A || scel. *Iun.*: cele || 1 humo *Dousa pater* || atque ibi *Mu.*: tibi *Baehrens.* || an uno telo: *corr. Munro* (*Journ. Phil. VII, 14, 295*) (*cf. Gell. IV, 16, 6*) || 2 tetisquae A^A.

SPERNERE, fastidire. Vergilius Aen. lib. IV (677):

comitemne sororem
sprevisti moriens?

Terentius in Andria (248):

tót modis contémtus, spretus! fácta, transacta ómnia.

|| Spernere rursum segregare. Ennius Hectoris Lytris (160):

mélius est virtúte ius: nam saépe virtutém mali
nánciscuntur; iús atque aecum se á malis sperníť procul.

SVBDVCERE, subputare. Terentius in Adelphis (855):

númquam ita quisquam béne subducta rátione ad vitám fuit.

Lucilius lib. XXIX (79):

eodem uno hic modo [er]rationes subduceret suas.

M. Tullius in Hortensio (94): 'non et sine ea cogitatione ineundis subducendisque rationibus'. — idem de Finibus Bonorum et Malorum (II, 78): 'quî autem esse potest, nisi te amor ipse ceperit? quod non subducta utilitatis ratione effici solet'. || Subducere est subripere. Turpilius Lindia (150):

ego ínterim in turbá foras
subdúxi cum hac me.

Vergilius in Bucolicis (III, 6):

et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Terentius in Eunucho (628):

. . . ubi prímum poterit, se ílli subducét, scio.

---

19 Subd. e. subr.; 23—25 Virg. et su.—scio.

---

7 quot *codd. Ter.* || 9 ius *Bentin.*: eius (*praec.* e) || 10 atque cum *L* || 11 Subdere *L A*[4] || 12 nuncquam *L*[1] *A*[4] || bene *om. A*[4] || 14 una *Mu.* || hi *B*[4] || errationes: rationes *l. v. Dousae, Ald.*: rationes omnes *Mu.*: rationes aeris (?) *Mu.* || subducent s. *Iun.*: *fort.* suas subduceret (-ent) || 15 nam et (?) *Mu.*: nonne et (?) *Plasberg.* || 18 potes *Me.*: poteris *codd. Cic.* || a. i. a. amori (-re *B*[4]) praeceperit || 19—21 cf. 352. 22 || 22 [illegible] *cf. 331. 24* || 25 potuerit || illim Quich.: illinc codd. Ter

Lucilius lib. XXX (126):

neu qui te ignaro famuli subducere.

M. Tullius in Hortensio (64): 'an, cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat?' || Subducere etiam susum ducere, levare. Turpilius Paraterusa (167):

cum antehác videbam stáre tristis, túrbido
vultú, subductis cúm superciliís senes.

Varro *Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ καθηκόντων* (167):

ego unus scílicet
antíquorum hominum súbductis supércilis
dicám: *γαμήσω νοῦν ἔχων*;

Sallustius in Iug. (98, 4): || 'dein cunctos pleno gradu in collem subducit'. — Vergilius in Bucolicis (IX, 7):

qua se subducere colles

incipiunt.

M. Tullius de Officiis lib. III (49): 'huic ille classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse'. — Plautus in Aulularia (365):

ut ín puteo cenám coquant.
inde cóctam sursum súbducemus córbulis.

STVPIDVS est obstupefactus. || Stupidus, stultus et inicus. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* (406): 'Andromeda vincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuere vitam †?'

---

31 Subd.—vel lev.; 35—36 Varro ego—superc.; 8—11 Plaut. ut—ini.

---

27 ignoro: *corr. Gerlach.* || famulis s.: (*corr. Cant.*) || s. possint (-sent) *Quich.* || 31 vel l. D^{Δ} (*cum B*) || 34 καθησοντων A^{Δ}: καθηικοντων *L*: γεγαμηκότων *Iun.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 107*) || 36 hominem A^{Δ} D^{Δ} || 37 ταμησιο: *corr. Oehler.* || γαμήσεις *Meinek.* || νουνεχων L^1B^{Δ}: νοιυνεχων $A^{\Delta}L^2$ || 2—4 *cf. 347. 4* || 6 esse || 8 coquam (quo.) || 9 corbulis *om.* A^{Δ} D^{Δ} || 12 ceto *Iun.*: cito || patri *Iun.*: pari || expuere *L* A^{Δ} || vitam *del. Du-* [illegible] (?) *Mu.*

SVSPICERE, [est] susum aspicere. Vergilius lib. I (Aen., 438):

et fastigia suspicit urbis.

Varro Agathone (12): 'et pueri in aedibus saepius pedibus offensant, dum recentes, musteos in carnario fluitare suspiciunt'. || Suspicere est suspectum habere. Sallustius in Iug. (70, 1): 'per idem tempus Bomilcar, cuius inpulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi et eum suspiciens, novas res cupere, ad perniciem eius dolum quaerere'. — Vergilius in Aen. lib. II (36):

suspectaque dona

praecipitare iubet.

et Cicero in Oratore (145): 'quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta'.

SVBIGERE, acuere. Vergilius lib. VII (627):

subiguntque in cote secures.

|| Subigere, exercere, mollire. Cicero de Orat. lib. II (131): 'subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato'. || Subigere est superare et sub dicione habere. Vergilius in Aen. lib. I (266):

ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.

26—27 Sub.—sec.; 28 Sub. ex. moll.; 30—31 Sub. etiam sup.—hab.

---

13 est *om.* A^A || 14 (suscipit *Gen.*) || 16 offensum A^A || recentes *del. Forcellinus s. v.* '*musteus*' || museos A^A || fluitantes *Laurenberg.* || 17 suspiciunt * * * *Mu.* || ut pu. in aédibus | saépius pedés off., dúm rec., músteas | in carnarió fluitantes súsp. succídias (?) *Mu.* || 18 iugurta A^A: iugurtae L^1: iugurthae (-tae) bello B^A || 20 suspicens L^1A^A || et ipse eum susp. *codd. Sall.* || ac p. || 21 in *om. E* (*cum B*) || 23 iubent *Verg.* || 24 et *secl. Mu.* || de or. || quo || 25 gratis A^A || 27 cute L^1 A^A || 28—29 *post 401. 3* (ex.) *colloc. Mu.* (del. Sub. ex. moll.): fort. *secludend.* || 31 ducione L^1: ducioni A^A || 32 transierunt

Sisenna Hist. lib. IV (96): 'terrore perturbatam multitudinem subigunt'. || Subigere, exarare. M. Tullius
1 de Senectute (59): 'cum autem admiraretur || Lysander proceritatem arborum et derectos ordines et humum subactam atque puram'. || Subigere, mollire vel exercere.

Vergilius Georg. lib. II (50):

aut scrobibus mandet mutata subactis.

5 Lucilius lib. XXX (61):

an ego te equam atque animosam
Thessalam et indomitam frenis subigam ante domemque?

M. Tullius in Hortensio (24): 'ut enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant'. —
0 et de Senectute (51): 'sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat: quae cum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit'. — Varro Sesqueulixe (477): 'antequam militia subactus aliquot annis erat'. || Subigere, cogere. Vergilius in Georg. lib. III (217):

et saepe superbos
5 cornibus inter se subigit decernere amantis.

et lib. VI (567):

castigatque auditque dolos subigitque fateri.

33—34 Sis. terr.—subigunt; 13 Sub. cogere; 17 Virg. cast.—fat.

---

34 Sub. est (*suprascr. Gen.*) superare A^A (*pro* Sub. ecsarare?) || 2 et proceritates *Cic.* || directos in quincuncem ord. *codd. Cic.* || et hominum et A^A || 3 -icere LA^A || 6 an e. te acuam: an equam te acrem *Turneb.* || 6 (atq.)—7 *cf. 233. 38* (*s. v.* animosi) || 7 subigantque domentque *codd. 233* || 8—9 *cf. 395. 11* (*s. v.* segetem, terram) || 8 segetis || 9 patris A^A || 10 ac sub. *codd. Cic.* || 12 (sp. s. ex.) *cf. 42. 12* || spassum L^1A^A || 13 anteiqua *Mu.* || mil. *Me.*: mitia || 15 *cf. 285. 34* || c. i. se subigitque fateri lucilius amantis A^A (*non B*) (*cf. vv. 17, 18*) || 16—17 *cf. 251. 34* || 17 castigat (*om.* que) B^A.

Lucilius lib. XXX (63):

tune iugo iungas me ante et succedere aratro
invitum et glebas subigas proscindere ferro? 20

Plautus Mercatore (204):

mírum quin me súbigitaret.

SVMMVM significat quod omnibus sit altius. Vergilius in Aen. lib. IV (168):

summoque ululárunt vertice nymphae. 25

idem lib. XII (492):

apicem tamen incita summum
hasta tulit summasque excussit vertice cristas.

|| Summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I (10):
. . '«summam acuam attíngens enectús siti» 30
Tantalus'. || Summum, extremum. Vergilius Aen. lib. II (324):

venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

Lucilius lib. XXVI (36):

squálitate súmma, scabie súmma in aerumna óbrutam. 35

M. Tullius in Hortensio (79): 'vixit ad summam senectutem optuma valitudine'. || Summum, gloriosum, laudabile. Vergilius lib. IX (199):

mene igitur socium || summis adiungere rebus, 1
Nise, fugis?

23—25 Sum.—nym.; 29—32 Sum.—temp.; 37—38 Sum. gl. laud.

---

19 iugo iugans A^A || apte *Mu.* || 20 invitam *Gulielm.* || 22 quid || 27 incita] in A^A || 28 fulit (*Gen.*) *vel* tulit (*B*) A^A || excussit *Verg.*: exti B^A: extra A^A || a. t. incita vertice cristas (*om. rell.*) *L* || 30 s. quam L^1A^A || adtinget (att.) (-it D^A) || senextus L^1A^A || 31 tantulus A^A (*non B*) || 34—35 *cf. 126. 3; 226. 8* (*s. v.* squalor, fem.) || 35 isculitate || ac scabie *codd. 126* || summam er. LA^A: summam in er. (aer.) B^A || 36 summam om. A^A || 38 VIII: (*corr. B et fort.* E^1) || 1 adiunge: corr. E (cum B) || 2 *fugeris* L^1A^A (fungeris *Gen.*[1]: fugis B).

Ennius Andromacha Aechmalo. (63):

annos múltos longinque áb domo,
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

SPECTARE, dirigi. Lucilius lib. XXX (86):

quid sibi vult? quare fit ut introvorsus et ad te spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

M. Tullius de Officiis lib. III (90): 'ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem anteponet saluti patris'. || Spectare est videre. Vergilius in Georg. lib. I (158):

heu! magnum alterius frustra spectabis acervum.

Lucretius lib. II (2):

e terra magnum alterius spectare laborem.

Vergilius lib. XII (15):

sedeant spectentque Latini.

M. Tullius in Hortensio (53): 'caeli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque pulcritudinem magis spectat'. || Spectare, inspicere, cavere. Plautus in Asinaria (778):

spectándum ne cui ánulum det néque roget.

|| Spectare, probare. Cicero Tusculanarum lib. V (31): 'non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt'.

11—12 Spec.—acer.; 17—19 M. Tull. cae.—insp.; 21—22 vel prob.—sunt.

3—5 *cf. 515. 13* (*s. v.* longinque) || **3** andromaca haec malo (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 116*) || **4** longique *codd. h. l.* || **5** s. summam ind. A^4 || **6** dirigere: *corr. Quich.* || **6—8** *cf. 303. 18* (*s. v.* ferre) || **7** intravorsus aetate *codd. h. l.* || **8** ferent L^1 || sed omnia (*corr.* P^1) *codd. h. l.* || **10** patris (patri *L G*) respectabit (-vit B^4) || **11** anteponam et || **14** et terrae || **15—16** *secl.* (?) *Mu.* || **19** cavere *secl. Mu.* || **19—20** *cf. 383. 1* || **20** ne cui anulum (*B*) *vel* nec *via nullum (Gen.)* A^4 || **22** expectandi L.

Terentius prologo Andriae (27):
spectándae an exigéndae sint vobís prius.

Vergilius lib. VIII (150):

sunt nobis fortia bello
pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.

M. Tullius de Officiis lib. II (45): 'qui simul ac iuvenis esse coeperunt, magna spectare atque ad ea rectis studiis debent contendere'. — Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (208): 'qui sint secundum naturam perfecti homines, ut non modo eos spectemus, sed etiam imitemur'.

STRINGERE, percutere. Vergilius [in Aen.] lib. IX (294):

atque animum patriae strinxit pietatis imago.

|| Stringere, nudare vel exerere. Vergilius in Aen. lib. X (577):

strictum rotat acer Lucagus ensem.

|| Stringere, || rarefacere, excidere. Vergilius in Bucolicis (IX, 60):

hic ubi densas
agricolae stringunt frondes.

et in Georg. lib. II (368):

tunc stringe comas, tunc brachia tonde.

|| Stringere, decerpere. Vergilius in Georg. lib. I (305):
sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus
et lauri bacas.

31—32 Varro qui—invit.; 35—1 Str.—Str. exc. vel decerpere; 2—3 Virg. hic—fron.

23—24 *cf. 291. 1* || 24 spectandae an exigendi A^A: expectande an exigendi *L*: spectandi an exigendi B^A || sunt *codd. h. l.*: *corr. Gen.*[3] || 26 fortia E^1 (*cum B*): forti *rell.* || 28 i (hi) simul *Cic.* || 29 et ad *codd. Cic.* || 32 invitemur D^A || 33 in Aen. *om.* A^A || X || 35 exercere A^A || 36 ensum $L^1 A^A$ (-im?) || 5 tunde $L A^A$.

Varro de Re Rustica lib. I (55, 1): 'quod non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit'. || Stringere, radere, celeriter praeterire. Vergilius lib. VIII (62):

ego sum, pleno quem flumine cernis
stringentem ripas.

|| Stringere, vulnerare. Vergilius lib. IX (576):

hunc primo levis asta Themillae
strinxerat.

SVCCEDERE dicitur in alterius locum venire. Vergilius lib. X (439):

interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum.

M. Tullius de Officiis lib. III (76): 'at qui quodam veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat?' || Succedere, ingredi. Vergilius lib. VIII (123):

et nostris succede penatibus, hospes.

Afranius Excepto (153):

audíte, pueri, paúca; vos succédite.

SVBIT, in memoriam reducitur. Vergilius in Aen. lib. II (562; 652):

subiit deserta Creusa
Ascaniusque omnisque domus.

17—19 Succ.—Turnum; 22—23 Succ.—hospes; 26—28 Sub.—Asc.

9—10 *cf. 119. 11* || 9 sol. celeriter praeterire str. (*cf. ad v. 11*) || 10 vacant *L B*^{A} || ramis *codd. 119*: ram (*sic*) *codd. h. l.* || 11 cel. praet. *post v. 9* (sol.): *huc traiec. Me.*: *del. Iun.* || 13 pipas *L*^{1}*A*^{A} || 14 VIII: (*corr. B*) || 15 tamille *L A*^{A}: camille *E* (*cum B* -ae) || 20—22 *cf. 351. 10* || 20 quod. quasi ven. *codd. 351* (*cum Cic.*) || 27 subit || 28 A. o. d. *om. B*^{A} || domos *L ex corr. A*^{A} (*non B*).

|| Subire significat ingredi. Vergilius lib. VIII (362):

haec, inquit, limina victor 30
Alcides subiit.

Lucilius lib. XXVIII (38):

puerí praeterea nóstris qui subeánt iubet.

|| Subire, succedere. Varro Sexagesi (495): 'in quarum locum subierunt inquilinae inpietas, perfidia, inpudicitia'. 35
|| Subire, subdi, subponi. Vergilius lib. X (798):

Aeneae subiit mucronem ipsumque morando
sustinuit.

|| Subire, nasci, subcrescere. Vergilius [in] Georg. lib. I (180):

ne subeant herbae neu pulvere victa fatiscat. 40

|| Subire, adgredi, succedere. Vergilius lib. IX (344): ||
Fadumque Herbesumque subit. 1

|| Subire, respondere, resistere. M. Tullius in Verrem, Divinatione (46): 'poterisne eius orationi subire?'

SECARE dicitur excidere. Vergilius lib. IX (102):

qualis Nereia Doto 5
et Galatea secant spumantem pectore pontum.

|| Secare, sequi: unde et sectatores bonorum sectores dicti sunt. Vergilius lib. X (107):

quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem.

29—31 Sub.—sub.; 34 Sub. succ.; 39—41 Sub.—succ.; 4 Sec. d. exc.; 7—8 Sec.—sunt.

---

31 alcide subigit D^A || 32 Subire, succedere. Luc. *Mu.* (*cf. v. 34*) || 33 quo *Mu.* || 36 subdere subponere (supp.): *corr. Quich.* || 37 Aeneae] aen $L^1 A^A$ || subit mucro $L A^A$ || 39 in *om.* A^A || 41 succ. *secl. Mu.* || VIII B^A: VIIII (*B*) *vel* VIII (*Gen. fort. ex corr.*) A^A || 1 cadumque || 4 scindere *Mu.* || VIII $L B^A$ || 5 doto $H^3 E^2$ (*cum B*): dato *rell.* || 7 sectatores b. sectatores A^A: *secutores* b. sectatores D^A.

SQVALIDVM, sicuti plerumque, dicitur sordidum. Vergilius in Aen. lib. II (277):

squalentem barbam et concretos sanguine crinis.

|| Squalidum, fulgens. Vergilius lib. X (314):

per tunicam squalentem auro latus aurit apertum.

SCITVM, elegans. Terentius in Andria (486):

per ecástor scitus púer est natus Pámphilo.

M. Tullius in Verrem, actione Siciliensi (II, II, 87): 'ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intellegere possimus, scite facta et venuste'.

SEDET significationem habet claram. Vergilius lib. IX (4):

Turnus sacrata valle sedebat.

|| Sedet, placet. Vergilius lib. V (418):

idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes.

SVSTVLIT est susum tulit, erexit. Vergilius Aen. lib. II (153):

sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

|| Sustulit, abstulit. M. Tullius Philippicarum lib. X (7): 'eos, qui regni nomen sustulerint, deserendos putatis'. Vergilius in Georg. lib. I (76):

sustuleris fragilis calamos silvamque sonantem.

SPARGERE significat destillare vel guttatim fundere. Vergilius lib. XII (339):

spargit rapida ungula rores

sanguineos.

---

10 Squa.—sord.; 13—23 Squal.—Aen.; 30 Spar.—fund.

---

12 concretus *L A*^{A} || **13—14** *cf. 319. 25; 452. 24* || **14** latum *L*^{1}*A*^{A} || **15** * * * Scitum *Mu.* || **17** act. II Sic. *Mu.* (?) || **18** nos e. (*om.* ut) *D*^{A} || **19** possumus *B*^{A} *D*^{A} || **23** aenae *L B*^{A} || **24—25** *cf. 300. 5* || **28—29** (cal.) *cf. 409. 26* || **29** sustulerit *L B*^{A} || **31** X *A*^{A} || **33** sanguines *A*^{A}: -nis *B*^{A} (*cum B*).

idem lib. IV (Aen., 486):

spargens umida || mella soporiferumque papaver. 1

|| Spargere, madefacere. Lucilius lib. XXIX (Ennius Thyest. 310):

látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro.

Vergilius (Aen. III, 534):

spumant aspargine cautes. 5

|| Spargere, separare. Vergilius in Georg. lib. IV (522):

diversum latos iuvenem sparsere per agros.

|| Spargere, inplere. Vergilius in Aen. [lib. IX] (459):

et iam prima novo spargebat lumine terras.

SIGNARE est designare, ostendere. Lucilius lib. XXIX (6): 10

sic Sócrates amórem in adulescéntulis
melióre paulo fácie signat nílque amat.

|| Signare, inprimere. Vergilius Georg. lib. III (171):

et summo vestigia pulvere signent.

|| Signare, discernere, separare. Lucilius lib. XXIX (8): 15

némut discrimen nón facit,
neque sígnat linia álba.

---

1 Virg. spar. hum. mel.; 8—10 Spar.—ost.; 13—17 Sig.—alba.

34—1 *cf. 220. 7* || **1** sparges $A^A B^A$ || **2** XVIIII $L B^A$ || XXVIIII * * * Ennius Thyeste, latere *Mu.* || **3** sanguineo (*Gen.*) *vel* -ne (*B*) A^A || **4—5** *om.* L^1: *del.* (?) *Mu.* || **7** diversi B^A: -sos L^1: discerptum *Verg.* || agros] auras: (*corr. B*) || 8 lib. VIIII *om.* $L A^A$ || **9** *post hunc v. stant* Spargere, guttatim fundere. Verg. (Virg.) Aen. lib. IIII spargens umida (hum.) mella: *del. ed. princ.* (*cf. v. 1; 404. 30*) || **11** si: *corr. Me.* || socr. in (*del. quidam ap. Iun.*) amore et in adul.: *corr. Mu.* || **12** facte signant A^A || nilque amat *Mu.*: nihilque amaret || **14** vestigio pulvera servant D^A || **15—17** *cf. 282. 28* (*s. v.* discrimen separatio) || **15** XXVIIII E^1 (cum codd. 282): XVIIII *16 nam ut: correxi* || **17** lima $A^A D^A$.

SOLIDI significatio manifesta est. Vergilius lib. VI (552):

solidoque adamante columnae.

|| Solidum, continuum, iuge. Varro Sesqueulixe (468): 'navibus duodecim dum profectum decem annos solidos errasse'.

SVBNIXVM, subditum. Vergilius [in] Aen. [lib. III (326):

iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

Subnixum Vergilius [in] Aen.] lib. IV (216):

Maeonia mentum mitra crinemque madentem
subnixus rapto potitur.

|| Subnixum, sublime, hoc est susum nixum. Coelius Annali lib. I (Claud. Quadrig. fr. 13): '† ea Latini subnixo animo et victoriae certi consilium ineunt'.

INCIPIT PER T LITTERAM.

TANDEM significat vix; ut apud Ciceronem (Catil. II, 1): 'tandem aliquando, Quirites'. — Vergilius in Aen. lib. III (278):

ergo insperata tandem tellure potiti.

|| Tandem significat || et tamen. Titinius [in] Gemina (58):

sín forma odiosá sum tandem, ut móribus placeám viro.

---

22 Subn. subd.; 28—30 Subn.—ineunt; 32—33 Tand.—Quir.; 1 Tand.—tam.

---

21 dum *secl. Mu.*: domum *Roeper.* || 22—25 [lib.—Aen.] *om. Gen.*[1] (*cf. praef. p. XXXIX*) || 22—24 *cf. 407. 14; 458. 28; 297. 12; 391. 2* || 22 in *om. L B*[A] || II *A*[A] *L*[2] || 25 in *om. B*[A] *E* || 26 mitram || 27 portitur *L*[1] *A*[A] || 28 hoc—nix. *om. L*[1] || Q. Claudius *Gell. XVII, 2* || 29 ea dum fiunt *codd. Gell.*: ea *L B*[A]: e *A*[A]: et *D*[A]: *fort.* interea (*praec.* I) || 30 et v. c. c. in. *om. codd. Gell.* || ex victoria inerti: *corr. Gul. Canterus* || 31 *om. A*[A] || 33 in *om. E* || I *L A*[A] || 1 atinius *A*[A] || in *om. A*[A] || 2 sin foma *A*[A]: si in fonia *L*: symfonia *B*[A]: *corr. Lips.*

TAMEN ipsum significat statim. Plautus Rudente (533):
utinam fortunam nunc anatinam uterer!
cum exissem ex aqua, arerem tamen. 5

Vergilius in Bucolicis (IX, 62):
hic haedos depone: tamen veniemus in urbem.

|| Tamen significat tandem. Pacuvius Periboea (293):
tamen obfirmato animo mitescit metus.

Sallustius Historiarum lib. III (54): 'nam qui enare 10
conati fuerant, icti saepe fragmentis navium aut adflicti alveis undarum vi mulcato foede corpore postremum interiere tamen'.

TOGA dicta est a tegendo. et est toga, sicut in consuetudine habetur, vestimentum quo in foro amicimur, cuius et Cicero meminit in Catilinam (II, 22): 'velis 15
amictos, non togis'. — Titinius Fullonibus (24):
quaé inter decem annós nequisti únam togam detéxere.

|| Dicitur et tectum. Titinius Gemina (43):
. sí rus cum scortó constituit íre, clavis ílico
abstrúdi iubeo rústicae togái ne sit cópia; 20

id est, tecti.

---

3 Tam.—statim; 13—14 Toga—amicimur; 15—17 Cic. velis—detexere.

---

3 ipsum *del.* (?) *Mu.* || i. saepe (se-) si. D^A || 4 fortuna *codd. Pl.* || anutinam (can. A^A): anatina (-net-) *codd. Pl.* || 4—5 uterer ut c. *codd. Pl.*: terent c. || rerem (*praec.* a) || 9 tamenn' *Mu.* || 11 frumentis: *corr. Me.* || ut A^A || 12 alveis *Me.*: asuis: alveos *Arusianus gr. lat. VII, 456* || vim m. $L\,B^A$ || fide $L\,A^A$ || *vv. 12* (-mum int.)—*p. 409. 15* (nascitur) *stant post p. 3 v. 13* (Pausimacho), *transposito folio archetypi. Per hunc locum igitur testimonium horum codicum citamus*: $L\,B^A\,C^A\,D^A$ (*cf. Praef. pp. XXI sqq.*) || postre(mum) *in* postremo *correxit* B^A (*cum L ex corr.*) || intereni L^1: interent (iterent *G*) *rell.* (*i. e.* in Terent.?): interibant *codd. Arusian.*: *corr. Me.*: intereunt *Mu.* (?) || 13 foga L^1 || id est [toga] s. (?) *Mu.* || 17 quae *om.* D^A || i. d. q. a. *Mu.* || nequivisti D^A || 18 Toga dic. *Quich.* || tictum *L*: tactum (*Paris.* 7666) *om.* tinctum (*Bamb.*) *incert.* C^A || 19 si tus C^A || 20 togae || togae ne *rust. Mu.* || copia *om.* C^A.

TOLLERE, occidere. Lucilius lib. XXVI (XXVIII, 40):
at cuí? quem febris úna atque una ἀπεψία,
vini, ínquam, cyathus únus potuit tóllere.

25 || Tollere, mittere. Vergilius Aen. lib. II (222):
clamores simul horrendos ad sidera tollit.

|| Tollere, transferre. Vergilius Aen. lib. II (131):
unius in miseri exitium conversa tulere.

|| Tollere, inferre. Vergilius in Georg. lib. III (421):
30 tollentemque minas et sibila colla tumentem
deice.

|| Tollere est elevare. Vergilius Aen. lib. I (66) et lib. XII (X, 892):
et mulcere dedit fluctus et tollere vento.
[item in X]:
35 tollit se adrectum quadrupes.

M. Tullius Philippicarum lib. XI (24): 'vel in caelum ||
1 vos, si fieri poterit, umeris nostris tollemus'. — Lucilius lib. XXVIII (61):
tanti se emporiis montes εἰς αἰθέρα tollent.

M. Tullius [in] Hortensio (62): 'nihil tamen esse, in quo se animus excellens tolleret'. || Tollere, osten-
5 dere, erigere, extollere. Vergilius [in] Aen. lib. I (314):
cui mater media sese tulit obvia silva.

25—26 Toll.—toll.; 29—33 Toll. transferre et inf.—vento.

---

22 occidere *man. rec. in F*: hoc cid *L C*[A]: occidi *B*[A] || XXVIII *Mu.* || 23 *vix* atque quem u. || απεψα *L*[1] || 24 vini quem (?) *Mu.* || cyathus *man. rec. in F*: hiatrus || 25 emittere *Mu.* || 31 deice *om. D*[A] || 32 el., erigere, extollere *Quich.* (*cf. ad 407. 5*) et lib. XII (114? 904?) *post v. 33 colloc. Mu.* || 33 *cf. 415. 13* || 34 item in X *C*[A]: *om. L*[1] *B*[A] (*cum Turic.*) || 35 *cf. 29. 15* || 1 potuerit *B*[A] (*cum aliquot codd. Cic.*) || 2 emp. *Palmerius*: temporis || eis aetera *Vahlen.*: et faetera || 3 in *om. L*[1] || 4 tolleret *Mu.*: tollere (*seq.* t) || 5 erig. ext. *post v. 32* elev. *colloc. Quich.* || *et* tollere *L*[1] || in *C*[A]: *om. L*[1] *B*[A].

idem lib. VII (117):

laborum
prima tulit finem.

|| Tollere, occidere. Varro Sexagesi (496): 'nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, set tollit, nisi veneno?' || Tollere est et differre. Plautus Poenulo (500):

omnís extollo ex hóc die in alióm diem.

|| Tollere, pati, sustinere. Vergilius in Aen. lib. III (326):

iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

et lib. XII (371):

non tulit instantem Phegeus animisque frementem.

Terentius [in] Phormione (520):

égo te conplurés advorsum ingénium meum mensés tuli.

M. Tullius in Verrem, Divinatione (4): 'tuli graviter et acerbe, iudices'. — idem de Officiis lib. II (28): 'nisi enim multorum inpunita scelera tulissem'.

TENACIA est perseverantia et duritia. Ennius Hectoris Lytris (156):

† ducet quadrupedum iugo invitam doma infrena
et iuge valida quorum tenacia infrenari minis. †

12—16 Toll. est diff.—tul.; 24 Ten.—dur.

10—12 *cf. 422. 20* (*s. v.* tollere et auferre) || **10** nunc quis *codd. 422*: nunquis (numquis C^4) || **11** aufert *codd. 422*: fert *h. l.* || sel t. L^1: seu t. B^4 || **14—16** *cf. 297. 12; 405. 23; 458. 28* || **23** inpunitates scelerum (-ra $L^1 C^4$) || tulissemus *Cic.* || **26** ten.] frenatia C^4 || **25—26** ducít quadrupedum vím, iugo invitám domat, | infréna et valida quórum nimi' tenácia *Bue.*: *fort.* docét quadrupedem, vím iugo invitám domat, | infréna et iuge válida quoius tenácia infrenást nimis (*trim. cum tetram.*) *vel* aúget quadrupedém iugo, | ínvitam dominát feram | ét iugo validám boum | tenáciam scit ínfrenare máchinis (ad exemplum *Soph. Ant. 351*).

|| Tenacia, parsimonia. Afranius Privigno (252):
vixísti tristis, dúrus, difficilís, tenax.

TEMPESTAS est turbo ventorum. Vergilius in Georg. lib. I (311):
quid tempestates autumni et sidera dicam?

|| Tempestas, tempus. Sallustius in Iugurtha (8, 1): 'ea tempestate in exercitu nostro fuere conplures novi atque nobiles'. — Lucilius lib. XXVII (7):
iám qua tempestáte vivo, chrésin ad me récipio.

Pacuvius Teucro (319):
quam té post multis túeor tempestátibus!

M. Tullius de Senectute (33): 'cursus est || certus aetatis et una via naturae eaque simplex; suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data'. — Varro Endymionibus (103): 'dum sermone cenulam variamus, interea «tonuit bene tempestate serena»'.

TREPIDARE, metuere. Vergilius lib. IX (418):
dum trepidant, ît hasta Tago per tempus utrumque.

idem lib. VIII (246):
trepident inmisso lumine Manes.

Lucilius lib. XXX (64):
sed quid ego haec animo trepidantei dicta profundo?

|| Trepidare, festinare. Vergilius lib. IX (114):
ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.

et Georg. lib. IV (73):
tunc trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant.

27—33 Ten.—nobiles.

---

28 uixistis $L^1 C^A$ *ut vid.* || 34 chresin *Lachm.*: certe sine || 35—36 *cf. 414. 3 (s. v.* tueri) || 36 tueor *codd. 414*: ebeor *codd. h. l.* || 2 naturae quae simplex $L C^A$ || sua cuique $L C^A$ || 3 partis aetatis $L C^A$: parcitatis B^A || 8 VIIII $L B^A$ || 11 ahaec (*supra a prius et infra rasura*) L || trepidante (-ti H^2) || 15 pennisque $B^A C^A$.

TANGERE, ferire, commovere. Vergilius lib. IX (138):

nec solos tangit Atridas
iste dolor.

idem lib. XII (932):

miseri te siqua parentis
tangere cura potest, oro.

M. Tullius in Frumentaria Verrinarum (II, III, 65): 'numquam tuum animum cura tuarum fortunarum cogitatioque tangeret'. — Lucretius (II, 651):

nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

|| Tangere est contingere. Lucretius lib. I (304):

tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res.

Terentius in Adelphis (157):

. . . . . númquam, dum ego adero, híc te tanget.

|| Tangere, inspicere. Lucilius lib. XXVI (12):

néquam priu' quam vénas hominis tétigit ac praecórdia.

|| Tangere etiam circumvenire. Turpilius Demetrio (35):

at étiam ineptus méu' mihi est iratús pater,
quia sé talento argénti tetigi véteri exemplo amántium.

idem Leucadia (129):

hoc quaero: ignóscere
istíc solentne eás minoris nóxias,
erúm si forte, quasi alias, res vini † cavo?

16—18 Tang.—dol.; 25—26 Tang.—res; 31 Tang. e. circ.

---

16 commore L^1 || 22 in Verrem Frum. *Mu.* || 23 ut n. *Cic.*: nuncquam $L^1 C^4$ || tuum a. *Me.*: tua me: a. tuum *codd. Cic.* || 24 *cf. 252. 39* || 28 hoc *L* || 29 XXVII C^4 || 30 nunquam *Gerlach.* || 33 amanti: *corr. Carrio* || 36 solentneas || noxas L^1 || solentne cis m. n. *Gulielm.*: solentne has quasi (*cf. v. 37*) m. n. *Mu.* || 37 res *secl. Ribb.*[2] || galiola (*Ribb.*[1]) vini tago (*Cuiacius*) *Mu.* || e. s. f. quasi alias res <egerim, | Inter promendum tetigero> vini ca[illegible] *Leo Anal. Plaut. II, 8*: *fort.* e. s. f., quasi alias (vix [illegible] vini cado | <tangam> (*Amer. Journ. Phil.* XXII

Lucilius lib. XXX (127):

et Musconi' manum perscribere posse tagacem.

Pomponius Aleonibus (7):

át ego rusticátim || tangam; úrbanatim néscio.

|| Tangere, contingere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 27): 'Verres simul ac tetigit provinciam'.

Vergilius lib. IX (135):

sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
fertilis Ausoniae Troes.

TRISTE, crudele, inmite. Vergilius Aen. lib. II (548):

illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Lucilius lib. XXX (29):

idque tuis saevis factis et tristibu' dictis.

|| Triste est maestum aut infestum. Vergilius in Bucolicis (X, 31):

tristis at ille: tamen cantabitis, Arcades, inquit.

idem Georg. lib. III (278):

aut unde nigerrimus Auster
nascitur et pluvio contristat frigore caelum.

idem in Bucolicis (III, 80):

triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

1—3 Lucilius at ego—prov.

---

39 Mutonis (mut.) *Festus 359, Paul. 358* (*s. v.* tagax) || manum *Fest., Paul.*: manu || posset agacem L^1: posset aiacem $B^A C^A$ || **40—1** *cf. 166. 27* (*s. v.* rusticatim) || **40** Pomponium || **1** t. nam u. *Guietus* || **2** contingere $B^A C^A$: *om.* L^1: attingere *Quich.* || **3** ac *om.* L^1 || **7** illic L^1 || tristitia L^1 || **8** degenerem (*om.* que) C^A || **9—10** *cf. 388. 29* (*s. v.* saevum, durum) || **10** itaque *codd. h. l.* || suis s. C^A || factis s. *codd. 388* || **15** (*cf. ad 406. 12*) || **16—17** *cf. 349. 11.*

Terentius in Andria (403):

cave ne te tristem sentiat.

M. Tullius in Hortensio (90): 'aliud ex silvis severum et triste'. || Triste, severum. [C.] Afranius Privigno:

* * *

M. Tullius de Officiis lib. I (108): 'at in eius familiari Scipione ambitio *maior, vita tristior*'. — Terentius *Andria* (857):

trístis veritás inest in vúltu atque in verbís fides.

|| Triste, amarum. Vergilius Georg. lib. I (75):

tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos.

|| Triste, minax. Vergilius Aen. lib. II (115):

isque adytis haec tristia dicta reportat.

|| Triste, grave. M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'cui numero optumatum et principum optulit is vocis et gravitatis suae † linquit illum tristem et plenum dignitatis sonum'. || Triste, difficile. M. Tullius de Senectute (67): 'facilius in morbos incidunt [adulescentes], gravius

---

21 Tri. sev.; 26—28 Tri.—cal.; 34—36 Tri.—cur.

---

19 te *om.* A^A || c. te esse tr. s. *codd. Ter.* || 20 *cf. 390. 17* || exiluis(se) A^A || sev. et triste *codd. 390*: severe tristes (-tis) *codd. h. l.* || 21 C. (*corruptelae signum*?) *del. Iun.* || 22 *vel* non ego te novi tristem, saevum, serium? (*cf. 33. 30*) *vel* vixisti tristis, durus, difficilis, tenax (*cf. 407. 28*) *suppl. Me.* || 23 M. Tull. *add. Iun.* || adin A^A: adein L^1: ac dein B^A || familiaris (*seq.* s) || 24 scipionem A^A || m. v. tr. *om.* || Andria *add. Quich.* || 25 tristis *om.* || severitas *codd. Ter., fort. etiam archetyp. cod. Nonii* || 27 tristis (*om.* que) $A^A D^A$ || 28 *cf. 404. 29* || 29 in Aen. L || 30 tristitia A^A (*non B*) || 32 qui numero (q. inumero L^1) || optimatam (*Gen.*) *vel* -tum (*B*) A^A || principium $L^1 A^A$ || optudit *Halm.* || his *ed. a. 1471* || vocibus $L B^A$ || 33 g. s. testem lin. (relin.?) *Me.* (liquit *B*): *fort.* liquidum || 34—35 cf. 315. 2 || 35 add. *om.* $L A^A D^A$.

aegrotant, tristius curantur'. || Triste, nigrum. Vergilius Georg. lib. III (448):

aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.

|| Tristis, iratus. Afranius Epistula (120):

1 "iactábit sese." — "iáctet." — || "mihi erit trístior";

id est, iratior. — idem in eadem (121):

id ést, natura trístiori paúlulo.

|| Tristis, doctus. Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως* (558):

5 illud vero quodam † meae
ut égo non metuam fúlmen, non arúspicem
tristem, simul ac dici † non quaero.

Lucilius lib. XXVIII (12):

adde eódem tristis ác severos phílosophus.

10 TRAHERE, per terram ducere. Vergilius in Aen. lib. I (477):

lora tenens tamen; huic cervixque trahuntur
per terram.

|| Trahere est rursus levare. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (25): 'et recenti fossione terram fumare
15 calentem atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi'. — Plautus Amphitryone (673):

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem íntertraxero.

---

39 Tri. ir.; 1—2 Afran. mihi—ir.; 10 Trah.—duc.; 13—15 Trah.—trahi.

---

1 iactavit: *corr. Passerat* || iactat L^1 || (tristitior *Gen.*[1]) || 2 id est irat. *del.* (?) *Mu.* || 3 idem nat. *vulgo* || (tristitiori paulato *Gen.*[1]) || 5 quondam B^A (*cum B*) || quod animae meae insidet *Vahlen.*: *fort.* quod animi mei est || 6 fulmem L^1: pamem A^A || 7 non *om.* A^A || s. a. Glycerion q. *Madv. Adv.* II, 665: *fort.* s. atque dixi n. queror || 9 severus || *vel* -phos || 10 per ter. *secl. Mu.* || 13 rursum $A^A C^A$ || 14 et regem qui f. || 15 trahit || *15—16 cf. 148.7; 233.15* || 16 ni *om.* (*praec.* ne).

TARDVM significat pigrum, lentum. Vergilius Georg. lib. I (273):

saepe oleo tardi costas agitator aselli.

Terentius Eunucho (1079):

fátuus est, insúlsus, tardus.

|| Tardum, diuturnum, perseverantem. Vergilius Georg. lib. II (126):

Media fert tristis sucos tardumque saporem.

TENDERE, inhabitare, tabernacula et hospitia ponere. Vergilius Aen. lib. II (29):

hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles.

|| Tendere, insidiari, decipere: dictum a tendicula. Terentius Phormione (330):

. . quia non réte accipitri ténditur neque míluo.

|| Tendere est proprie laxitatem distendere et sine rugis facere. Vergilius in Aen. lib. III (268):

tendunt vela noti.

idem lib. VI (314):

tendebantque manus ripae ulterioris amore.

|| Tendere est dirigere. Vergilius in Aen. lib. I (204):

per tot discrimina rerum
tendimus in Latium.

idem lib. II (405):

ad caelum tendens || ardentia lumina.

23—31 Tend. dicitur inh.—noti; 34—36 Tend.—Lat.

---

17 Georg. *om.* (*add. B*) (*praec.* uerg.) || 18 agitator] igitur A^A (*non B*) || 20 fatus $L^1 A^A$ || 21—22 *cf.* 345. 14 || 22 fer[illegible] $L A^A$ || 26 decerpere A^A || 27 in Ph. B^A || 28 recte || 29 [illegible] *Mu.* || 30—31 *cf.* 307. 40 || 34—36 cf. 282. 17.

Lucretius lib. I (66):

primum Graius homo mortalis tendere contra
est oculos ausus.

5 || Tendere, contendere. Vergilius in Aen. lib. II (220):

ille simul manibus tendit divellere nodos.

idem lib. V (154):

aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

10 TVRPE est indecorum, informe. Vergilius lib. VI (276):

et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas.

idem Georg. lib. III (299):

scabiemque ferat turpisque podagras.

|| Turpe, grande. Vergilius Georg. lib. III (51):

15 optuma torvae
forma bovis, cui turpe caput.

idem Georg. lib. IV (395):

et turpis pascit sub gurgite phocas.

TENERVM significat gracilentum. Vergilius in Georg.
20 lib. III (326):

et ros in tenera pecori gratissimus herba.

TENVE, vehemens. Vergilius Georg. lib. II (93):

tenuisque lageos,
temtatura pedes olim vincturaque linguam.

5—6 Tend.—nod.; 10—11 Tur.—Eg.; 19—21 Ten.—herba.

---

8 graius (*B*) *vel* grauis (*Gen.*) A^A: gaius L^1: gravis B^A || 7—9 *cf. 282. 31* || 8 aeque *codd. h. l.* || 10—11 (Fam.) *cf. 349. 15* || 11 malasuada A^A || 15 scabiemq. uae (*Gen.*) *vel* optima torvae (*B*) A^A (*cf. v. 13*) || 17 Georg. *secl. Mu.* || 19 grac. * * * Verg. *Mu. post Quich.* || gracile lentum L A^A D^A || 24 (victuraque G).

|| Tenue, infecundum. Vergilius in Georg. lib. II (180): 25
tenvis ubi argilla et dumosis calculus arvis.

|| Tenue, tenerum. M. Tullius de suppliciis in Verrem (II, v, 27): 'reticulumque sibi ad naris admovebat tenuissimo lino'. || Tenue, frigidum. Vergilius Georg. lib. I (92):

ne tenues pluviae rapidive potentia solis 30
acrior.

idem lib. III (335):

tum tenues dare rursus aquas.

|| Tenue, parvum, exiguum. M. Tullius in Hortensio (92): 'eundem non mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere 35
possumus'. — Vergilius lib. V (690):

et tenuis Teucrûm res eripe leto.

idem Georg. lib. I (177):

ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.

TENET, sicuti est usu, significat conprehendit, detinet. 40
Vergilius Georg. lib. IV (405):

verum ubi correptum || manibus vinclisque tenebis. 1

M. Tullius in Verrem, Divinatione (52): 'non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet'. || Tenet, inhabitat, possidet. Vergilius in Georg. lib. IV (321):

quae gurgitis huius 5
ima tenes.

25—26 Ten.—arvis; 34—35 Ten.—poss.; 40—1 Ten.—ten.; 4—10 Ten. inh.—ora.

---

26 calculis $L^1 A^A$ || 27—28 *cf. 141. 15; 221. 34; 350. 13* || 27 in Verr. de suppl. *Mu.* || 35 non modo med. Nobb. || 38—39 *cf. 275. 28* || 41—1 *cf. 254. 23* || 3 huc (H^2 P) vel hoc (G) B^A *lib (i. e. liber vel* librum) || 6 tenens Gen.^{3} D^A (A^A n. l.).

|| Tenet, prohibet. Vergilius [in] Georg. lib. II (371):
texendae saepes etiam, pecus omne tenendum.

|| Tenet, conpescit, subprimit. Vergilius Georg. lib. IV (483):
10 tenuitque inhians tria Cerberus ora.

Tenet, tegit. Vergilius Georg. lib. I (115):
amnis abundans
exit et obducto late tenet omnia limo.

|| Tenet, dirigit. Vergilius Aen. lib. I (369):
15 sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris
quove tenetis iter?

|| Tenes, intellegis dicit Terentius in Andria (349):
"íd paves, ne dúcas illam; tu aútem, ut ducas." — "rém tenes."

TREMERE dicitur conmoveri, agitari. Vergilius lib. XI (424):
20 cur ante tubam tremor occupat artus?

|| Tremere, timere. Vergilius Aen. lib. II (199):
hic aliud maius miseris multoque tremendum.

Plautus [in] Asinaria (289):
nón placet: pro mónstro extemplo est, quándo sudat quí tremit.

4—10 Ten. inh.—ora; 17 Tenet intellegit.

---

7 Verg. in] virgi *Gen.*[3] (*A*[A] *n. l.*) || III *L Gen.*[3] (*A*[A] *n. l.*) || 10 tenuique *L*[1] *A*[A] || 11 tegit] etigit *A*[A]: tetigit *L*[1] || 11—12 *cf. 41. 20* || 12 omnis *codd. h. l.* || 13 abducto *L A*[A] || laete (-tae) *L*[1] *A*[A] || 15 qu. advenistis ob oris *L*[1] *A*[A] || 17 Tenes *ut vid. E*[1]: Tenet *rell.* || intelleges *L A*[A]: -gis *B*[A]: -git *D*[A] || dicit *secl. Mu.* || 18 duc. tu il. *codd. Ter.* || 20 aritus *L*[1] *A*[A] || 22 (*cf. Class. Rev. XVI, 50*) || miseris *ut vid. E*[1]: miseri *L A*[A]: miserum *B*[A] || 23 *in om. A*[A] || 24 exemplo || s. quid tr.: qui s. tr. codd. Pl.

TRAHERE consuetudine manifestam habet significantiam. [ut] Vergilius Aen. lib. II (550):

altaria ad ipsa trementem
traxit.

|| Trahere, dare. Vergilius in Aen. lib. I (508):

partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.

TEMPTARE est exercere. Vergilius in Georg. lib. III (232):

et temptat sese atque irasci in cornua discit,
arboris obnixus trunco.

|| Temptare, experiri. Vergilius lib. VIII (143):

his fretus non legatos neque prima per artem
temtamenta tui pepigi.

|| Temptare, adgredi. Vergilius Aen. lib. II (176):

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas.

|| Temtare, petere [dare]. || Vergilius Aen. lib. III (145):

unde laborum
temptare auxilium iubeat.

TAETRVM, vitabile. M. Tullius de Officiis lib. III (36): 'postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditatis, quibus nihil nec taetrius nec foedius excogitari potest'. || Taetrum dicitur inluviosum, faetidum. Vergilius Aen. lib. III (228):

tunc vox taetrum dira inter odorem.

31—32 Temp.—disc.; 34 Temp. exp.; 37 vel adgredi; 7 Taetr.—faet. nigrum; 8 Virg. tunc—od.

---

26 ut *om.* A^4 || 29—30 (iust.) *cf.* *244.11* || 31 exerceri: *corr.* *Quich.* || I $L A^4$ || 32 corna $L^1 A^4$ || 34 VIIII A^4 || 35 fretos $L^1 A^4$ || 38 aequore $L A^4$ || 1 dare *in* ras. L, suprascr. *Gen.*: *seclusi*: ducere *Mu.* || 5 etiam E^1 ut vid. (cum B): eiax $L A^4$: *hae iam* B^4.

idem lib. X (727):

lavit inproba taeter
ora cruor.

M. Tullius in Verrem, actione II (I, 62): 'quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque inpura legatione vim adtulisse existimatis?' — Lucilius lib. XXX (82):

quae non [spectans] spectandi studio, sed ab omini' taetri inpulsu ingressus.

|| Taetrum, amarum. Lucretius lib. IV (11):

ac veluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur.

|| Taetrum, impium, crudele. M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'promissum potius non faciundum quam taetrum facinus admittendum fuit'.

TORQVERE significat inflectere. Vergilius in Georg. lib. II (448):

Ityraeos taxi torquentur in arcus.

Terentius in Eunucho (670):

illúd vide, os ut síbi contorsit cárnufex!

|| Torquere, gyro celeri rotare. Vergilius [Aen.] lib. I (116):

ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum.

17—24 Taetr.—arc.; 27 Tor.—rot.

9—11 *cf. 327.7; 466.22; 503.39* || 12—14 *cf. 324.10* || 13 ingeniis A^A || familiis || 14—16 *Lucilii exemplum post v. 6 collocare vult Mu.* || 15 spectans *secl. Gulielm.* || sed *Gulielm.*: se || ad L^1 || 16 ingressast *Mu.*: *vel* ingressu's || 18 (abs.)—19 *cf. 190.25* || 20 crudelem $L^1 A^A$ || 20—22 *cf. 309.32* || 26 videos ut s. A^A (*Gen.*[1], ut *suprascr.*; video ut s. *Gen.*[2] *B*): vide os s. *L* B^A || *distorsit codd. Ter.* || 27 Aen. *om.* A^A || 28 illum B^A || *29 torqueat gens* L^1: torqueat ingens A^A B^A: (corr. H^2).

|| Torquere, iacere, mittere. Vergilius lib. V (497): 30
in medios telum torsisti primus Achivos.

TVERI dicitur servare, custodire. M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I (4): 'ut sciret tuenda maiore cura esse quam parta sunt'. — Vergilius lib. IX (175; cf. 164, 222):
succedunt variantque vices, quod cuique tuendum est. 35

|| Tueri, videre. Vergilius lib. V (575):
excipiunt plausu pavidos || gaudentque tuentes 1
Dardanidae.

Pacuvius Teucro (319):
quam té post multis túeor tempestátibus!

TERGORA dicuntur coria. Vergilius in Aen. lib. I (211): 5
tergora diripiunt costis.

|| Tergora, dorsa. Vergilius lib. IX (763):
hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergum.

Lucilius lib. XXIX (38): 10
orátionem fácere conpendí potes,
solví dum salvo in térgo et terginó licet.

|| Tergum, scutum. Vergilius lib. IX (412):
et venit adversi in tergum Sulmonis.

idem lib. X (718): 15
dentibus infrendens et tergo decutit hastas.

30—32 Tor. etiam iac.—serv.; 36—7 Tu.—dorsa; 13 Terg. scu.; 16 Virg. dent.—hast.

---

32 custodire *om.* A^A || 33 scire t. maiora A^A || 34 VIII: (*corr.* *B*) || 35 duces: (*corr.* *B*) || 36 VI || 1 plauso A^A D^A || 3—4 *cf.* 407. 35 (*s. v.* tempestas) || 7 Terga B^A (*cum Oxon.*) || 10 XXVIIII *Mu.*: XXVIII || 11 potes *L ex corr.* (*cum* H^1): postes L^1 A^A: potest B^A || 12 solvi *Iun.*: salvi || salvo tergo (om. in) L^1 || et in *tergino* B^A || dum salvo tergo a tergino Mu. || 14 sulminus I^1

TRASMITTERE, tradere, derelinquere. Lucilius lib. XXVIII (13):

Polemónem amavit, mórte huic transmisít suam
scholén, quam dicunt.

20 TEMERARIVM, sicut plerumque, a temeritate. || Temerarium, metuendum et sollicitum. Plautus in Asinaria (262):

séd quid hoc, quod pícus ulmum túndit, haut temerárium est?

et in sequentibus (264):

aút mihi in mundó sunt virgae aut átriensi Saúreae.

25 TEGETES a tegendo. Varro de Re Rustica lib. I (22, 1): 'sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes; quae e fundo sumi non poterunt'.

TALEAS scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de Re Rustica lib. I (nam etiamnunc rustica voce 30 intertaliare dicitur dividere vel excidere ramum) (40, 4): 'ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavulas, alii taleas appellant'.

INCIPIT PER V LITTERAM.

VOLARE est avium. Vergilius in Aen. lib. IV (255):

35 humilis volat aequora iuxta.

25—27 Teg.—teg.; 28—32 Tal.—app.; 34—4 Vol.—mag.

---

17 tradere *Iun.*: trahere || 18 Polemonem *Iun.*: polemon et LB^A: polemo et A^A || mortem: *corr. Lachm. comm. Lucr. 170* || 19 scolem A^A: scotlem LB^A || 20 temeritatem L^1A^A || 22 almum A^A || heu *Mu.*: non *codd. Pl.* || 24 ut atr.: (*corr. B*) || 25—32 *secl. Quich.* (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 95*) || 26 si quae LB^AD^A: (*corr.* H^2): si qui A^A || cannabi (*Gen.*[1]) *vel* cannabo (*Gen.*[2]: canabo *B*) A^A: cannabo D^A || scerpo L^1A^A: scyrpo (syrpo) D^A || 27 quae e *cod. Varr.*: quaeque: quaeque e *Mu.* || potuerunt B^A || 30 inter talia A^AD^A || diffindere (?) *Mu.* || ramumque ex A^AD^A || 31 aequaliter A^AD^A || clavulas] *dabulas* D^A || 32 appellent *L* || 33 *om.* A^A || 34—35 *cf. 321. 32* || *34 I codd. h* [7]

|| Volare, celeriter currere. Terentius Hecyra (438):

ne frustra íllic expectét, || vola.

Vergilius lib. V (324):

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

VASTVM est magnum. Vergilius [in] Aen. (III, 191):

vastumque cava trabe currimus aequor.

|| Vastum, horrens et asperum. Cicero de Oratore I (115): 'ita vultu motuque corporis vasti et agrestes, ut, etiamsi ingeniis valeant atque arte, tamen in oratorum numerum venire non possint'. || Vastum, ingens. Vergilius Aen. lib. I (52):

hic vasto rex Aeolus antro.

|| Vastum, ferox. Cicero Tusculanarum *lib. V* (77): 'quae barbaria India vastior aut agrestior?'

VENTVS est flatus. Vergilius lib. I (66):

et mulcere dedit fluctus et tollere vento.

|| Ventus etiam significat odorem. Plautus Cistellaria (382):

ita mústilentus véntus naris óbtigit.

VIRTVS est fortitudo. Vergilius lib. V (455):

tunc pudor incendit vires et conscia virtus.

34—4 Vol.—mag.; 6—7 Vast.—agr.; 8—9 tamen—poss.; 11—12 Va. vel fer.—agr.; 17 Virt. e. fort.

---

1 ne me f. *codd. Ter.* || uolat D^A || 2—3 *cf. 29. 12; 257. 51* || 3 teret $L^1 A^A$ || 4 in *om.* B^A || 5 trebe $L A^A$ || curribus: (*corr. Gen.*^{2} *B*) || 6 I] primo H^3: *om. rell.* (*seq.* i-) || 7 ita B^A: uta $L^1 A^A$: aut ita *Cic.* || 8 ingentis $L^1 A^A$ || atq. ar. val. *codd. Cic.* || 9 possunt $L A^A D^A$ || 11 lib. V *add. Mu.* (*seq.* qu-): primo H^3 (*pro* ł, *i. e.* libro?) || 13 plautus $L^1 A^A$ || 13—14 *cf.* 406. 32 || 15—16 *cf. 63. 28* (*s. v.* mustulentum), *ubi* codd. nam i. m. aestus n. adtici

|| Virtus etiam significat auxilium. Plautus in Milite (676):

20 déûm virtute est, te únde hospitio accípiam . . . . .

|| Virtus rursum meritum est et dignitas. Plautus in Milite (728):

quaé [in]proba est mers, prétium ei statuis, pró virtute
ut véneat.

VESCI est edere. Vergilius lib. VIII (182):

vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus.

25 Accius Atreo (217):

ne cúm tyranno quísquam epulandi grátia
accúmbat mensam aut eándem vescatúr dapem.

|| Vesci etiam significat uti. Vergilius Aen. lib. I (546):

quem si fata virum servant, si vescitur aura
30 aetheria.

Lucretius lib. V (71):

quoque modo genus humanum variante loquella
coeperit inter se vesci per nomina rerum.

Pacuvius Chryse (108):

1 fúgimus qui arte hac || véscimur.

idem Armorum Iudicio (22):

quí viget, vescátur armis; íd percipiat praémium.

19—20 Virt.—est eundum; 21 Virt.—dignitas; 23 Ves. e. ed.; 26—33 Accius ne—rerum; 3 Pacuv. qui—arm.

---

20 te unde *M. Haupt.*: eundem (-dum D^A): tasenunde *codd. Pl.* || 21 est *om.* D^A || 22 proba *Plaut.* || eis (*seq.* s): *corr. Spengel.* || statuit *Plaut.* || veneat *Beroaldus*: neuiant: veniat *codd. Pl.* || 32 quoquo D^A: quoue *codd. Lucr.* || loquillam L: loqui illam A^A: loquelam B^A: loquela D^A || 33 ceperit E^1: coeperit H^3: ceperint LB^A: ceperat (coep.) $A^A D^A$ || 1 fugimusque *Ribb.* || *haec* A^A || 3 it $L^1 A^A$: ut B^A.

Novius Macco Exule (52):

cur istuc vadimonia † sum vestimentum vesceris. 5

Accius Armorum Iudicio (145):

sed ita Achilli armis ínclytis vescí studet,
ut [ea] cuncta opima [Achilli inclyto] levia prae illis putet.

idem Phoenissis (591):

num páriter videor pátriis vesci praémiis? 10

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (57): 'si gerundis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus'. || Vesci iterum videre. Accius Athamante (189):

priu' quam ínfans facinus óculi vescuntúr tui.

VELARE est cooperire; unde et revelare nudare dicitur. 15 || Velare rursum ligare. Pomponius Pannuceatis (98):

núnc roges quid fíat? restis vílis est: velét gylam.

VOLA est media manus. Varro Epitaphionibus, περὶ τάφων (110): 'pleni libri, inquam, ubi maneant epitaphia eorum, quorum in sepulcris nec vola nec vestigium 20 exstat'.

15—16 Vel.—ligare; 18 Vola—manus.

---

5 curis ist. *BA* (*i. e.* cúrris ĭstuc?) || uadimonia suum *BA*: (uadimoniosum *P*): vadimonio assum *Ribb.*: ad vadimonium assim *Mu.*: vadimoniorum *Bue.*: *vix* vadimoni assuam || 7 ita *Grotius*: it (*seq.* a) || arm. inclutis *Voss.*: incletis arm. || 8 ut ea c. optima Ach. incl.: *corr. Me.* || l. iam pr. i. *Hermann.*: l. pr. illius *Mu.* || 10 patris || praemis || 12 pos. orb. || 13—14 *cf. 56. 13* (*s. v.* infans) || 14 vacinus *A*A || 16 legare: *corr. D*A || 17 rogis: *corr. Quich.* || vilis *Turneb.*: biles || 18 epitafonibus *A*A || 19—20 (exstat) *vers. Sotadic. constituit Mu.* || 19 epitaphia *Bue., Mu.*: *epeti A*A: tepiti *L BA*.

idem *Ταφῇ Μενίππου* (537): 'haec Numa Pompilius fieri si videret, sciret suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere'. || Vola rursum cavum sub planta.

VANVM, leve, inane. Vergilius Georg. lib. I (225):

sed illos
expectata seges vanis elusit aristis.

|| Vanum est mendax. Vergilius [in] Aen. lib. I (392):

ni frustra augurium vani docuere parentes.

Sallustius in Iugurtae Bello (Hist. fr. dub. 3): 'Mauri, vanum genus'. — M. Tullius de Officiis lib. I (150): 'nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur; nec vero est quicquam turpius vanitate'. — Cicero Tusculanarum lib. III (2): 'tum ita variis inbuimur erroribus, ut vanitati veritas et opinioni confirmatae || natura ipsa cedat'. || Vanum, insidiosum, subdolum. Vergilius Aen. lib. II (79):

nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

|| Vanum, obscurum. Vergilius Aen. lib. IV (278):

et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

M. Tullius de Republica lib. V (2): '[ut] nostra vero aetas cum rempublicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evaniscentem vetustate'.

21—24 Varro haec—inane; 27—30 Van.—gen.; 5 Van. obsc.; 7—9 M. Tull. ut—vet.

---

22 viderit sciet *L B*^{A} || vola *B*^{A} || 23 Volare: *corr. D*^{A} (*cum B*) || cabumlum (cabulum?) *L*^{1} || planta * * * *Mu.* || 24—26 *cf. 301. 18* || 27 in *om. A*^{A} || 2—4 *cf. 309. 6* || 7 ut *om. Augustin. de civ. dei II, 21* || 8 pictura: corr. H^{2} (cum B).

VASTITAS significat vastationem. Accius Astyanacte (175):

te própter tot tantásque habemus vástitatis fúnerum.

|| Vastitas, desertio. Varro Prometheo Libero (426):

mortális nemo exaúdit, set late íncolens
Sacárum inhospitális campis vástitas.

Vergilius lib. IX (323):

haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.

Cicero de Deorum Natura lib. II (99): 'qui quasi cultores terrae constituti non patiuntur eam nec inmanitate beluarum efferari nec stirpium asperitate vastari'.

VLTIMVM usu novissimum dicitur. Vergilius Aen. lib. IX (759):

ultimus ille dies bello gentique fuisset.

et M. Tullius de Senectute (48): 'magis delectatur qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam qui in ultima'. || Vltimum, primum. Vergilius Aen. lib. VII (49):

tu sanguinis ultimus auctor.

M. Tullius de Officiis lib. I (56): 'ecficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus

---

20—25 Ult.—auctor.

---

11 te *add. Both.* (*praec.* -te) || havemus *Mu.* || 12 (Vastitatis *Gen.*) || 13 mortales: *corr. Scal.* || 14 satharum (-tth-): Sac. *vel* Scytharum *Iun.* || campi *Scal.* || 16 ergo $L^2 A^A$ (*non B*) || 17—19 *cf. 185. 9* || 17 quid *codd. h. l.* || 18 patitur *codd. h. l.* || 19 balbarum efferarum $L A^A$ || saltari (valtari H^2) codd. h. l.: vastare *codd. 185* || 22 et *del. Mu.* (praec. -et).

fiat ex pluribus'. — idem de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (30): 'eorum dico qui summum bonum, quod
30 ultimum appellavi, in animo ponerent'.

VRGVERE, insistere. Lucilius lib. XXIX (47):

caede óstium, Gnatho; úrgue. restant: périimus!

1 Quadrigarius || Annali lib. IV (51): 'sed circiter horas duas gravi proelio urserunt; deinde in fugam sunt coniecti'. || Vrguere est premere, cogere. Vergilius Georg. lib. III (522):

ima
5 solvuntur latera atque oculos stupor urguet inertis.

et (Georg. III, 222):

versaque in obnixos urguentur cornua vasto
cum gemitu.

Lucilius lib. XXIX (31):

10 urguét gravido saépius culpá tua.

Varro Antiquitate Rerum Humanarum (Ennius Ann. 501):

qua murum fieri voluit, urguemur in unum.

M. Tullius in Hortensio (34): 'itaque tunc Democriti manus urguebatur; est enim non magna'. || Vrguere
15 est tegere. Vergilius Georg. lib. II (351):

qui saxo super atque ingenti pondere testae
urguerent.

29—31 M. Tull. eorum—ins.; 1—3 Quadrig. sed—cog.; 13—14 M. Tull. itaque—mag.

---

30 appellavi *scripsi*: -lauit L^1: -lant $A^A B^A$: -lo *codd. Cic.*: -lamus *Mu.* || **31—32** *cf. 272. 15* (*s. v.* caedere, frangere) || *32* perimus || **2** urguebant D^A || **7** corna $L^1 A^A$ || **11** Antiquitatum *Rer. Hum.* * * * qua *Mu.* || **12** urguentur *Popma.* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 47*).

|| Vrguere, adcelerare. Vergilius lib. IX (488):

tibi quam noctes festina diesque
urguebam.

VINCERE significat superare. Vergilius Georg. lib. II (123):

ubi aera vincere summum
arboris haut ullae iactu potuere sagittae.

|| Vincere, exprimere. Vergilius Georg. lib. III (289):

nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum
quam sit.

|| Vincere, animi conpotem fieri. Vergilius Georg. lib. III (17):

illi victor ego, Tyrio conspectus in ostro.

idem lib. VII (544):

Iunonem victrix adfatur.

VERTERE dicitur convertere, contorquere. Vergilius lib. VIII (438):

Gorgona desecto vertentem lumina collo.

|| Vertere, fallere, decipere. Vergilius Aen. lib. II (62):

seu versare dolo seu certae obcumbere morti.

|| Vertere, mutare. Vergilius Aen. lib. I (237):

quae te, genitor, sententia vertit?

---

18 Urg. accel.; 33—37 Vert.—comm.

21—23 *cf. 241. 24* || 27 animo L^1: voti *Mu.* || 28 illi *om.* A^A || ego et T. *codd. Verg.* || 30 iun. ad (at) vic. $A^A L^2$ || 31—32 *om.* A^A (*propter homoeoarch.*) || 31 VIIII || 34 do $L^1 A^A$.

|| Versat, agitat, conmovet, volvit. Vergilius Georg. lib. III (258):

quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem?

idem Aen. lib. VI (362):

nunc me fluctus habet versantque in litore venti. ||

VINDICARE est malefactum defendere. M. Tullius de Officiis lib. III (61): 'atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus'. || Vindicare, liberare, trahere.

Vergilius Aen. lib. IV (228):

Graiûmque ideo bis vindicat armis.

Cicero Academicorum lib. III (15): 'aliqua potestas sit, vindicet se in libertatem'. — M. Tullius de Senectute (55): 'et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare'. — Varro Andabatis (34): 'et me Iuppiter Olympiae, Minerva Athenis suis mystagogis vindicassent'. — idem Epistulis Latinis: 'si te in libertatem vindicare non potes, feres fortunam'. — Vindicare, revocare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 14): 'qui si nihil ad id beneficium adderes, quo per te me una cum republica in libertatem vindicassem'. || Vindicat, adsciscit, ad se trahit. M. Tullius in Hortensio (71): 'deinde imitator, ut sibi quidem videtur, naturae mos vindicat'.

33—37 Vert.—comm.; 40—3 Virg. nunc—trahere; 5—6 Cic. aliqua—lib.; 10—13 Vind.—trahit.

37—38 *cf.* 285. 15 38 (*cf.* Class. Rev. XVI, 50) | 40 habent: (corr. *B*) 3 V. lib. retrahere, revocare *Mu.* (*cf. ad v.* 10): lib. tr. *A*[1] *D*[1]: tr. lib. *L B*[1] | III *A*[1] | 6 si sit *Ald.* | 8—9 sic me—vindicassint *Mu.* | 8 mystagotis | 9 latinisne (-time *A*[1] *ut vid.*) | 10 V. rev. del. *Mu.* (*cf. ad v.* 3) | 11 quis n. *A*[1] | 12 vindicassent *A*[1] *D*[1]: -avissent *L B*[1]: corr. *Iun.* *Ald.* | 14 videatur *A*[1] *L*[2].

VSVS dicitur ab utendo. Vergilius Georg. lib. III (559): 15
nam neque erat coriis usus.

|| Vsus dicitur consuetudo. Terentius Heautontimorumeno (80):
mihi sic est usus: tibi ut opus facto est, face.

|| Vsus, opus. Vergilius lib. VIII (441):
arma acri faciunda viro. nunc viribus usus, 20
nunc manibus rapidis.

VITAM manifestum est a vivendo dictam. Sallustius in Catilinae Bello (2, 8): 'vitam sicuti peregrinantes transiere'. || Vitas, umbras. Vergilius lib. VI (292):
et ni docta comes tenuis sine corpore vitas 25
admoneat volitare.

VENIRE claram habet significationem. Vergilius lib. VI (687):
venisti tandem.

|| Venire, inminere. Vergilius lib. VII (470):
se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque. || 30

VERRERE est trahere. Vergilius lib. I (59): 1
quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

|| Verrere, ferire, pervertere. Vergilius in Aen. lib. III (208):
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

15—19 Usus—opus; 20—24 Virg. nunc—umbras; 1—4 Verr.—verr.

24—26 *cf. 466. 13* || 26 (admoueat *Gen.*) || 27 significantionem (*B*) *vel* significantiam (*Gen.*) A^A || 1—2 cf. 302. 35 || 2 fuerant LA^A || *trepidi: (corr. B)* || aures A^A || 3—4 cf. 448

5 Lucilius lib. XXVII (57):

quám non solum dévorare se ómnia ac devórrere.

|| Verrere, mundare. Titinius Gemina (36):

evérrite aedis, ábstergete aráneas.

Lucilius lib. XXVII (58):

10 lígnum caedat . . . . aédis verrat, vápulet.

VIA est iter. Vergilius Aen. lib. I (422):

strepitumque et strata viarum.

|| Via, ratio, causa. Vergilius lib. X (879):

haec via sola fuit, qua perdere posses.

15 Terentius Phormione (566):

quá via istuc fácies?

|| Via, consuetudo. Terentius Heautontimorumeno (101):

. . . sed vi et vía pervulgatá patrum:
cotídie accussábam.

20 VESTIGIVM dicitur pedum inpressio. Vergilius in Georg. lib. III (59):

et gradiens ima verrit vestigia cauda.

7—11 Verr.—iter; 13—14 Via—poss.; 17 Via cons.; 18—20 Ter. et via—inpr.

---

6 *fort.* at || deverrere || **7—8** *cf. 192. 9* (*s. v.* araneae) || *8 abstergite codd. h. l.* || **9—10** *cf. 271. 29* (*s. v.* caedere, excidere) || *9* (XXVIII *G*) || **10** ve. ac vap. *codd. h. l.* || **11—12** *cf. 389. 22* || **12** et *om. B*[4] || **14** possis || **16** quia via.

|| Vestigium, extrema pars pedis. Vergilius lib. V (566):

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.

VOLVTARI dicitur volvi. Lucilius lib. XXX (25): 25

quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?

|| Volutare, cogitatione perquirere. Vergilius in Bucolicis (IX, 37):

id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

Lucilius lib. XXX (32):

haec tu me insimilas? nonne ante in corde volutas? 30

VIS est celer impetus. Lucilius lib. XXVI (53):

út Romanus pópulus victus veí, superatus proéliis.

|| Vis, fortitudo. Vergilius Aen. lib. II (491):

instat vi patria Pyrrhus.

et (Aen. II, 452): 35

auxilioque levare viros vimque addere victis.

|| Vis, celeritas. Lucretius lib. III (7):

aut quidnam tremulis facere artubus haedi
consimile in cursu possint ac fortis equi vis? ||

22—28 Vest.—vol.; 31 Vis—imp.; 33—34 Vis—Pyrr.; 37—2 Vis—fer.

22—24 *cf. 464. 18* || 22 II A^A (*non B*) || 24 pedes $L^1 A^A$ || 25 Voluter $L A^A B^A$: Volutare D^A: *corr. Ald.* || 26 istunc $A^A D^A$ || 27—28 *cf. 243. 46* || 30 insimila(n)s *Mu.* || 31—32 *cf. 437. 15* (*s. v.* proelium) || 32 ut *om. codd. h. l.* (*praec.* VI) || vei *Mu.*: vel *codd. h. l.*: vi et *codd. 437* || 36 umque $L^1 A^A$ || victus $L^1 A^A$ || 37—39 *cf. 306. 8* || 38 haedi] aevi (evi) codd. *h. l.*: et *codd. 306* || 39 consimili codd. utrobique \\ ac) et codd. *306* (*cum codd. Lucr.*) || vi codd. h. l.

1 VIX, cum labore. Vergilius lib. V (263):

vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

idem in Georg. lib. II (213):

vix humiles apibus casias roremque ministrat.

5 || Vix, statim. Vergilius lib. II (Aen. 323):

vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit.

Varro Eumenidibus (146): 'vix vulgus confluit, non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum'.

37—2 Vis—fer.; 5—6 Vix—reddit.

1—2 *cf. 302. 18* || 2 illum (*Gen.*) *vel* illam (*B*) A^A: illum B^A || sagarusque (-iisque L^1): *corr.* E^1 (*cum B*) || 5 I A^A (III *B*) || 6 gemitum $L\,B^A\,A^A$ (*non B*) || 7—8 *cf. 153. 3* (*s. v.* pueros pro servis); *242. 29* || 8 furgarum (fugarum *ex* fugarunt *L*): *corr.* H^3.

DRESDAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Unsere Muttersprache,

ihr Werden und ihr Wesen.

Von Prof. Dr. O. Weise.

erb. Auflage. [VIII u. 269 S.] 8. In Lnwd. geb. 2 Mk. 60 Pf.

Diese Schrift, der vom Allgemeinen Deutschen Sprachverein die höchste ihrer Auszeichnung verliehen worden ist, hat sich vom Tage ihres Erscheinens an Jahr für Jahr wachsenden Zahl von Freunden zu erfreuen gehabt. Sie ruht auf wissenschaftlicher Grundlage, ist jedoch gemeinverständlich und lebendig geschrieben und erscheint so geeignet, die äußerliche Auffassung vom Wesen der Muttersprache zu bekämpfen und die weiten Kreise der Gebildeten zu fesseln und zu unterrichten.

Deutsche Götter- und Heldensagen.

Von Dr. Adolf Lange,

Direktor des Gymnasiums und der Realschule zu Hadamar a. Main.

Nach den besten Quellen für Haus und Schule dargestellt.

Mit zwölf Originallithographien von Robert Engels.

ite, verbesserte Auflage. [XII u. 405 S.] gr. 8. In Leinw. geb. 6 Mk.

..... Auch die schöne Ausstattung wird dazu beitragen, dem Buche Freunde zu gewinnen; die Lithographien, mit denen Engels es geschmückt hat, verdienen es, sie sind vortrefflich gelungene Bilder in hoher Weise gemacht, und sie dienen zu wirklichem Genuß. Auch sollte ein Jahrbuch, wie die Jugendzeitschrift, nur sie mit der Jugend lieben Altmeistern, ihren Sitten und Anschauungen vertraut zu machen, es wird Teilnahme und Freude an der Sache erwecken und während die Jugend auf die Geschichte verweisen.

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft VII.

Deutsche Heldensagen.

s deutschen Volke und seiner Jugend wiedererzählt

von Karl Heinr. Reck.

ite, vollständig umgearbeitete Auflage, besorgt von Dr. Bruno Gusse.

1. Band: 1. Teil: Gotenzeit. 2. Teil: Wikingerzeit.

Mit 7 Originallithographien von Robert Engels.

[VIII u. 306 S.] 8. In Leinw. geb. 3 Mk.

Die alten Sagen unseres Volkes in neuer Form, aber ohne Geist zu verletzen, die Absicht des Verfassers beim Beschreiben des ersten Bandes, und es hat es vom ... verstanden, die alte Sagenwelt unseres Heldenvolkes zu belebten, anschaulichen Bildung zu bringen und zu zeigen, daß die Sachen, aus ihr so ihre Zeit ausgeprägt, nicht an Kraft verloren hat. Mit Recht schreibt er, daß in seiner Heldensage das Volk des Mittelalters seine Lieder und Sinnen und Denken ausgesprochen hat, daß sich der Geist deutscher Vorzeit noch heute nur schwerlich abschwächt. .....

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft VII.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Aus Natur und Geisteswelt.

Sammlung wissenschaftlich-gemeinverständlicher Darstellungen aus allen Gebieten des Wissens in Bändchen von 130—160 Seiten. Jedes Bändchen ist in sich abgeschlossen und einzeln käuflich.

Preis des Bändchens nur 1 Mark.

Geschmackvoll gebund. nur 1.25 M.

Als wertvolles, nützliches Geschenk empfehlen sich besonders:

5 Bändchen, nach Wahl, gebunden, in geschmackvollem, dauerhaftem Geschenkkästchen, das sich zum Aufstellen wie Aufhängen eignet, zum Preise von 6 Mk. 50 Pf.

Besonders seien empfohlen:

Geographische Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Günther, Geschichte des Zeitalters der Entdeckungen.
Hassert, Die Polarforschung.
Janson, Meeresfarsch. und Meeresleben.
Kirchhoff, Mensch und Erde.
Scheiner, Der Bau des Weltalls.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Technische Bibliothek.

Launhardt, Am sausenden Webstuhl der Zeit.
Merckel, Ingenieurtechnik der Neuzeit.
Scheffer, Mikroskope.
Scheid, Die Metalle.
Vater, Wärmekraftmaschinen.
Wedding, Das Eisenhüttenwesen.

Naturwissenschaftliche Bibliothek.

Auerbach, Die Grundbegriffe der modernen Naturlehre.
Blochmann, Luft, Wasser, Licht u. Wärme.
Eckstein, Kampf zwischen Mensch und Tier.
Giesenhagen, Unsere wichtigsten Kulturpflanzen.
Graetz, Das Licht und die Farben.
Haacke, Bau und Leben des Tieres.
Hesse, Abstammungslehre und Darwinismus.

Deutsche Bibliothek.

Bruinier, Das deutsche Volkslied.
Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Heil, Deutsche Städte und Bürger im Mittelalter.
Kautzsch, Die deutsche Illustration.
Loening, Die deutsche Reichsverfassung.
Matthaei, Deutsche Baukunst.
Otto, Deutsches Frauenleben.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Medizinische Bibliothek.

Biernacki, Moderne Heilwissenschaft.
Buchner, Gesundheitslehre.
Frentzel, Ernährung u. Volksnahrungsmittel.
Sachs, Der menschliche Körper.
Schumburg, Tuberkulose.
Zander, Leibesübungen.
Zander, Nervensystem.

Volkswirtschaftliche Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Loening, Reichsverfassung.
Lotz, Verkehrsentwickelung in Deutschland.
Maier, Soziale Bewegungen u. Theorien.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.

Pädagogisch-philosophische Bibliothek.

Kreibig, Die fünf Sinne des Menschen.
Külpe, Die Philosophie der Gegenwart.
Rehmke, Die Seele des Menschen.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.
Weinel, Gleichnisse Jesu.
Zander, Leibesübungen.
Ziegler, Allgemeine Pädagogik.

Kulturhistorische Bibliothek.

Böhmer-Romundt, Die Jesuiten.
Borinski, Das Theater.
Kautzsch, Die deutsche Illustration.
Matthaei, Die deutsche Baukunst.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Schwemer, Restauration und Revolution.
Soden, Palästina.
Weise, Schrift- und Buchwesen.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Auf Wunsch ausführliche illustrierte Prospekte umsonst und postfrei.

3 6105 013 381 772

Verlagsbuchh

Künstler

für Schule und Haus

Von den Bilderunternehmungen der letzten Jahre, die
Bewegung" entsprungen sind, begrüßen wir eins mit ganz u
„künstlerischen Wandschmuck für Schule und Haus", den die
B. G. Teubner in Leipzig und Berlin herausgibt. . . . Wir h
mal ein aus warmer Liebe zur guten Sache mit rechtem Verstä
mühen geschaffenes Unternehmen vor uns — fördern wir es,
nach Kräften! (Kun

Bisher erschienen u. a. folgende MS

Die mit * ver

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY
Stanford, California

MAR 1 1978
APR 7 - 1978
AUG 17 1978
SPRING 1982
REC'D JUN 28 1982

PRINTED IN U.S.A.